


CONSTITUTIONES,
ET STATUTA
COLLEGIJ MAJORIS SANCTÆ CRUCIS

OPPIDI VALLISOLETANI,
QUOD CONSTRUXIT, ET A SOLO EREXIT

D. D. PETRUS GONZALEZ DE MENDOZA,
Magnus quondam Cardinalis Hispaniæ, Abbas Vallis-Ole-
tanæ, Sanctæ Mariæ de la Moreuela, S. Zoyli de Carrion,
& de Ficam in Gallia, Episcopus Oxomensis, Calagurritan-
us, & Seguntinus, Archiepiscopus Hispalensis, & Toleta-
nus, Patriarcha Alexandrinus, magnus Hispaniæ Chancel-
larius, Tribunalis Sanctæ Inquisitionis in his Regnis
primus Erector, in eisque Alexandri Papæ VI.
à latere Legatus.



VALLISOLETI:

EX TYPOGRAPHIA ILDEPHONSI A RIEGO,
Universitatis Typographi. Anno Dni. M.DCC.XXXVII.

ET STATUTA

COLLEGI MAJORIS SANCTE CRUCIS

OPIDI VALLISOLETANI

QUOD CONSTRUXIT, ET A SOLO EREXIT

D. D. PETRUS GONZALEZ DE MENDOZA

Magis quondam Cardinalis Hispanie Abbas Valli-
solanus Sancti Martini de la Morcuera, & Regis de Castilia
de Hispania Gallie, Episcopus Oxoniensis, Catalogun-
ensis, & Sardinie, Archiepiscopus Hispanie, & Toletanus,
Patriarcha Alexandria, magis Hispanie, Chancel-
lerius, & Universitatis Sancte Iudominonis in his Regnis
de Sardinia, in Civitate Alexandrie in Civitate Alexandrie Papae VI.
Legatus



VALLISOLETTI

EX TYPOGRAPHIA ILLUSTRISSIMI ABBATIS

CRISTOFORUS THOMAS DEL M. DCC. XXXIII.

INDEX CONSTITVTIONVM.

1. De numero Collegialium. Fol. 1. B.
2. Ex qua Natione futuri sunt Collegiales. 2. A.
3. Qui recipiendi sint in Collegio? 2. A.
4. Juramentum Collegialis, si habet redditus. 2. B.
5. Quòd ex Vallis-Oleto nullus Collegialis sit. 2. B.
6. De etate Collegialis, & Familiaris. 2. B.
7. Quot ex Civitate, vel Diœcesi futuri sunt Collegiales. 2. B.
8. Quòd Collegiales intra quartum gradum non sint con-
iuncti. 3. A.
9. Qui semel fuit Collegialis, denuò non admittatur. 3. A.
10. De conjugatis. 3. A.
11. Quibus Artibus præditos decet esse Collegiales, & de
forma opponendi. 3. A.
12. De vacatura Præbenda. 3. B.
13. Quòd nullus Collegialium votum suum alicui committe-
re possit. 3. B.
14. Quòd nullus favore alicujus aditum habere possit in
Collegio. 3. B.
15. De forma electionis Collegialium, & juramento super
ea præstando. 4. A.
16. Quomodo & qua juraturus sit Collegialis. 4. B.
17. Tempus, quo Collegiales in Collegio commoraturi sunt. 4. B.
18. Quòd si quis ultimo anno exitus electus fuerit in Rec-
torem, vel Consiliarium officium exerceat. 5. A.
19. De forma electionis Rectoris, & Consiliariorum. 5. A.
20. De tempore electionis Rectoris, & Consiliariorum. 5. B.
21. Quòd vnus eligatur Præceptor novorum Collegialium,
qui Constitutiones observari, & legi faciat. 5. B.
22. Qui modus est adhibendus, si Rector aliquid injustè
mandaverit? 5. B.
23. Quid juraturi sunt Rector, & Consiliarij, & de conve-
niendis coram Rectore Collegialibus. 6. A.
24. Quòd Rector, & Consiliarij ad annum tantum eligan-
tur. 6. A.
25. Quòd absens possit in Rectorem, vel Consiliarium eli-
gi. 6. B.
26. De

26. De pœna Rectoris delinquentis. 6. B.
27. Quòd futuro Rectori omnia dentur à prædecessore per
inventarium. 7. A.
28. Quòd Rector rationem expensarum accepturus sit. 7. A.
29. De portionibus dandis. 8. A.
30. De vestitu, & honestate Collegialium. 8. A.
31. De ludo illicito vitando. 8. B.
32. De camera vacante. 8. B.
33. Quòd omnes in Refectorio prandiant, cœnent, & de
Conclusionibus faciendis. 9. A.
34. De tenendo secreto à Rectore commendato. 9. B.
35. Quòd constituatur vnus Procurator Collegij. 10. A.
36. De tempore absentie, & anni computatione in Collegio. 10. A.
37. De benedictione mensæ quotidiana. 10. B.
38. Quòd in prandio, & cœna semper legat vnus. 10. B.
39. De silentio observando in mensa. 11. A.
40. Quòd vnusquisque in camera sua dormiat. 11. A.
41. Quòd infirmo dentur necessaria. 11. A.
42. Quòd pauperibus Collegialibus, & Ministris in Collegio
decedentibus dentur necessaria pro funere exequen-
do. 11. B.
43. Quòd nullus, præter Collegiales, dormire possit in Colle-
gio. 11. B.
44. Quòd nullus Collegialis nocturnè extra Collegium dor-
miam. 11. B.
45. De hora receptus in Collegio. 12. A.
46. Quòd omnes loquantur latine. 12. A.
47. Quòd extra Collegium nullus exeat solus. 12. A.
48. De murmure, & strepitu vitando, & puniendo. 12. B.
49. Quòd honori alterius non detrahatur. 12. B.
50. De Cathedra Collegij, & cursu. 12. B.
51. De forma opponendi Cathedris, vel substitutionibus. 13. A.
52. De Collegij libris non extrahendis. 13. B.
53. De libris ferreis cathenis custodiendis. 13. B.
54. Quòd Collegiales per Oppidum cum habitu incedant. 13. B.
55. Quòd camere omnium semper pateant Rectori. 14. A.
56. Quòd nullus Collegialis absens gaudere possit portio-
ne Collegij. 14. A.
57. De

| | |
|---|--------|
| 57. <i>Qua hora ostium claudendum sit?</i> | 14. A. |
| 58. <i>De incumbentibus Juri Canonico, & Civili.</i> | 14. B. |
| 59. <i>De arca communi.</i> | 14. B. |
| 60. <i>De custodia ornamentorum Capella.</i> | 14. B. |
| 61. <i>De custodia frumenti.</i> | 14. B. |
| 62. <i>Quòd annuatim fiat memoriale reddituum.</i> | 15. A. |
| 63. <i>De custodia reddituum.</i> | 15. A. |
| 64. <i>De provisione victus, &c.</i> | 15. A. |
| 65. <i>De reparatione Collegij, & possessionum.</i> | 15. B. |
| 66. <i>De alienationibus.</i> | 15. B. |
| 67. <i>De numero servitorum Collegij.</i> | 15. B. |
| 68. <i>De Sacramentis communicandis.</i> | 16. A. |
| 69. <i>De horis dicendis, & de commemoratione Fundatoris.</i> | 16. A. |
| 70. <i>Quòd nullus habeat mulierem.</i> | 16. B. |
| 71. <i>Quòd omnes semel in mense conveniant.</i> | 16. B. |
| 72. <i>Quòd nullus portet arma.</i> | 17. A. |
| 73. <i>Pœna percutientis alium.</i> | 17. A. |
| 74. <i>Nequis Rectorum convitio afficiat.</i> | 17. A. |
| 75. <i>Quòd in absentia Rectoris, & Consiliariorum alius sufficiatur.</i> | 17. B. |
| 76. <i>Quòd Rector à Collegio non discedat, nisi reddida ratione.</i> | 17. B. |
| 77. <i>Quòd missus à Collegio victu sit contentus.</i> | 17. B. |
| 78. <i>Quid facturi sunt Collegiales tempore pestis?</i> | 17. B. |
| 79. <i>De distributionibus quotidianis.</i> | 18. B. |
| 80. <i>De cursu in lectione faciendo, & veste gradui debita.</i> | 18. B. |
| 81. <i>De sessione Collegialium.</i> | 18. B. |
| 82. <i>De Visitatore, & modo visitandi.</i> | 19. A. |
| 83. <i>De pœna à Visitatore imponenda.</i> | 19. B. |
| 84. <i>Quòd Collegialis noviter receptus chlamydem emere teneatur.</i> | 19. B. |
| 85. <i>De Medico, & Barbitonfore.</i> | 20. A. |
| 86. <i>De Missa certis diebus in Capella Collegij cantanda.</i> | 20. A. |
| 87. <i>Circa Familiares.</i> | 20. A. |
| 88. <i>Reservat quidquid fuerit addendum, vel mutandum in Constitutionibus.</i> | 20. B. |
| 89. <i>Constitutio Medicorum.</i> | 20. B. |

90. *Quòd Officiales Collegij ultra mille marapetinos mutuo non recipiant.* 21. A.
91. *Si Collegialis post clausum ostium venerit, an liceat ostium aperire?* 21. A.
92. *Pœna Collegialis contra mandatum Rectoris per vim portionem auferentis.* 21. B.
93. *Quòd intra Collegium mula ultra horam non teneatur?* 21. B.

STATVTORVM INDEX.

1. *Quòd exterus non invitetur in Refectorium.* 22. A.
2. *Quòd portio non respnatur.* 22. A.
3. *Quòd portionarius præsit portionum factioni.* 22. A.
4. *De presentia ponderationis panis.* 22. A.
5. *Quòd janua Collegij non aperiatur ante lucem.* 22. B.
6. *Quòd nullus Collegialium ferat vestem sericam.* 22. B.
7. *De veste pellicea.* 22. B.
8. *De Syndico habendo.* 22. B.
9. *De pecunia Collegio debita.* 22. B.
10. *De victu emendo in platea majori.* 23. A.
11. *De electione Familiarium.* 23. A.
12. *De chlamyde & distributionibus Familiaribus dandis.* 23. A.
13. *De salario dispensatoris, & focarij.* 23. A.
14. *Quòd Familiares iuramentum præsent Rectori.* 23. A.
15. *De Familiarium profectu.* 23. B.
16. *De licentia annua Familiarum.* 23. B.
17. *De Stationario.* 23. B.
18. *In absentia Rectoris, à quo petatur venia absentandi.* 23. B.
19. *Quomodo amittat Collegium absens.* 24. A.
20. *De Collegiali se absentante.* 24. A.
21. *De reponenda re Collegij in camera Rectoris.* 24. A.
22. *Quòd exterus non ingrediatur durante clausura.* 24. A.
23. *De portione Familiarium.* 24. A.
24. *De Mensario & Coquo.* 24. B.
25. *De collatione in die jejunij.* 24. B.
26. *Quo*

26. Quo ordine Familiâres iter facere teneantur. 24. B.
27. De portionarijs precibus non admittendis. 24. B.
28. Quando paria sunt vota eligentium, quid faciendum? 24. B.
29. Quid quando Rector uni, & Consiliarij alij suffragantur? 25. A.
30. Menses licentie quomodo intelliguntur? 25. A.
31. Quid quando panni emuntur pretio viliori? 25. A.
32. Quod graduandus non præset Doctoribus prædium? 25. A.
33. Collegialis debitor cautionem præset. 25. B.
34. De graduato præferendo antiquiori non graduato. 25. B.
35. De electione Visitatoris. 26. A.
36. De insignito sacris Ordinibus in Familiarem non eligendo. 26. A.
37. De oppositionibus ad Cathedram. 26. A.
38. Locus originis quomodo intelligitur? 26. A.
39. Quod Rector non faciat Capellam extraordinariam. 26. A.
40. Quomodo terminus Præbendarum claudatur? 26. B.
41. Quod Familiâres ad sex annos tantum possint eligi. 26. B.
42. Semel Rector infra biennium iterum eligi non possit, quomodo intelligitur? 26. B.
43. Quomodo acquiruntur chlamys & insignia? 26. B.
44. Dies Constitutionis qualiter intelliguntur? 27. A.
45. Quid, si intra terminum sibi concessum non redierit Collegialis? 27. A.
46. A graduato Collegiali quid graduando remittendum sit? 27. A.
47. De termino provisionis Præbendarum vacantium, ac prorogationis ejus. 27. B.
48. Declaratio Constitutionis quartæ. 27. B.
49. Declaratio Constitutionis decimæ octavæ. 28. A.
50. Extensio Constitutionis quinquagesimæ primæ. 28. B.
51. Quod omnia antiquitati deferatur. 29. A.
52. De redditibus, seu patrimonio Collegialium. 29. A.
53. Quod tempus consistendi in Collegio ad novem annos, & duas menses extendatur. 29. B.
54. Quod

54. *Quod qui adimpleverit octo annos Collegij in Rectorem non possit eligi.* 29. B.

Forma juramentorum à Rectore, Consiliarijs, Collegialibus, & Familiaribus prestandorum.

Forma juramenti de defendenda Immaculata B. Mariæ V. Conceptione.

Salutationes, & Antiphonæ B. Mariæ V. quæ post solis occasum in Sacello Collegij quotidie dicuntur.

Benedictio mensæ.

Edictum Præbendarum vacantium.

Edictum ad Præbendam Familiaris.

PETRVS

(X) (X) (X) (X) (X) (X) (X)



DETRUS de Mendoza miseratione divina tituli Sanctæ Crucis in Jerusalem Sacro-Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Presbyter Cardinalis Hispaniæ, ac Toletanæ Ecclesiæ Archiepiscopus Hispaniarum Primas, & Regnorum Castellæ major Chancellerius, Episcopus Seguntinus, Abbas Collegialis Ecclesiæ Oppidi *de Valladolid*. Universis Collegialibus Collegij Sanctæ Crucis Vallis-Oletani. Salutem. Cum luce clarius compertum habeamus, nihil in rebus humanis diuturnum esse, aut diuicius conservari posse, his profectò, quibus ratio divina præest, quæ procûldubio sempiterna fore iudicamus, libentèr studemus, id tantum æternum, & immortale futurum censentes, quod à divina gratia sit profectum. Obidque prompto animo cogitationes, & actiones nostras omnes in Deum Optimum Maximum, qui incæpris nostris aspiret, referimus. Cupientes igitur terrena foelici commertio in Cœlestia commutare, & pro hujus vitæ brevitæ monumentum ære perennius, quod nulla possit vetustate deleri, nobis in æterna collocare gloria: Sæpenuerò nobiscum versati sumus, quid tanto benefactori pro beneficijs, & honoribus, quibus ab eo in hoc sæculo honorati sumus inter alia præcipuum oblaturi effemus. Cumque permulta egregia occurrerent, deque principata inter se certarent, litterarum scientiam, & studium bonarum artium, quo præclarior est nihil, cæteris anteposuimus. Nihil enim æquè memorabile, aut Deo gratum, simillimumque fore existimamus, quàm ipsi Sapienti, qui Deus est, proprius accedere, & in eo ipso homines hominibus præstare, in quo homines cæteris animalibus præstamus. Idcirco ad laudem, & gloriam Omnipotentis Dei, & Beatissimæ Virginis ejus Matris, & communem omnium vtilitatem, & eorum præcipuè, qui licèt ingenio præditi,

107
& bonarum artium studiosi sint; ob inopiam tamen, & tenues facultates litteris incumbere nequeunt, quandò haud facile emergunt, quorum virtutibus obstat res angusta domi, istud nostram Collegium, hoc est, asylum pauperum scholarium, in ipso nobili Oppido Vallis-Oletano propè dictam nostram Ecclesiam majorem ex solo creximus, & edificavimus: Et sub invocatione Sanctæ Crucis, qui titulus nostri Cardinalatus existit, decoravimus. Quod cum jam pene absolutum Collegialibusque & alijs ministris habitatum cernamus, non minus illud ad perpetuam ejus conservationem divinis, & humanis legibus, & statutis muniendum putavimus, quàm redditibus, ædificijs, libris, & alijs ornamentis, & bonis ad vitam, & sustentationem Collegialium ibidem degentium muniverimus. Itaque posteritati prospicientes, ne ipsum Collegium diuturnitate temporis corrumpatur: ita enim natura comparatum, ut nihil unquam eodem statu permanens sit, sed illicò regressurum, quod non progrediatur, habita à Sede Apostolica speciali facultate, qua præcipuè muniti sumus Constitutiones inferius scriptas in ipso nostro Collegio per vos omnes præsentis, & futuros ibidem pro tempore commorantes perpetuò teneri, & inviolabiliter observari decernimus, & ordinamus. Sufficiat ergò universitas vestra, amantissimi Collegiales, has nostras Constitutiones, eisque in Collegio ad rationem vitæ melioris componendam vtatur; quod si uti cupimus, & speramus, spontè amplectimini; facile fiet; ut & nos apud immortalem Dominum voti nostri honestissimi compotes efficiamur, & vos, vestrique posterius apud Deum, & homines non mediocrem fructum laborum vestrorum consequamini.

De numero Collegialium. CONST. I.

STatuimus, & ordinamus, quod in dicto nostro Collegio habitent septem & viginti studentes, quorum sex dent operam Sacræ Theologiæ; terdecim Juri Canonico, quorum vnus sit Stationarius, qui curam bibliothecæ habeat, alijs vero officijs omninò sit immunis, nec Rector, nec Consiliarius eligi possit, tres Juri Civili; duo autem Medicinæ; reliqui vero tres sint Presbyteri, & Capellani dicti Collegij, qui Theologi, aut Canonici sint, sive vnus Theologus, & duo Canonici, sive vnus Canonista, & duo Theologi, quorum alter

pro

2

pro vt forte evenerit, Missam in Capella Collegij quotidie celebret, & rerum sacrarium curam gerat. Qui quidem Capellani in omnibus veri Collegiales existant: propter reverentiam tamen, & occupationem Divini Cultus, cui assidue operam daturi sunt officijs Collegij se non intromittant. Conclusiones tamen, vt moris est, sustentare possint, si velint; sin autem non compellantur. Electionibus vero tam Collegialium, quam Familiarum cum ceteris interveniant. Verum quia vbi non est caput, nullus ordo, nec sine gubernatore societas consistere potest. Volumus, & statuimus ex dictorum septem viginti numero vnus Rector, & caput omnium existat, & tres Consiliarij eligantur, quorum consilio, industria, & diligentia Rector in administratione Collegij vtatur.

Ex qua Natione futuri sunt Collegiales.

CONST. II.

Item ordinamus, & statuimus, quod futuri studentes in dicto nostro Collegio originem trahant ex Regnis Castellæ, & Legionis, & sint probatæ vitæ, scientiæque idonei reperiantur. Volumus, quod de quolibet aliorum Regnorum, sive Nationum exterarum admitti possit vnus modò idoneus repertus sit, & ad instar eorum, qui ex dictis Regnis Castellæ, & Legionis eligendi fuerint; quod si contentio inde orta fuerit, maior pars eligentium valeat, ita quod maior pars intelligatur habito respectu ad numerum eligentium, & non ad totum Collegium. Si autem paria fuerint suffragia, naturalis horum Regnorum præferatur.

Qui recipiendi sint in Collegio.

CONST. III.

Item cum nostræ intentionis fuerit paupertati scholarium consulere. Volumus, & ordinamus, quod futuri scholares in dicto Collegio tanta paupertate afficiantur, quod de Patrimonio, aut Ecclesiastico Beneficio, aut simul de vtroque summam viginti & quinque florenorum auri de Aragonia monetæ currentis annuatim in redditibus non excedant. Præter quam si ex Cathedra studij, vel alia lectura aliquid vltra summam prædictam perciperent, & si scho-

scholares, vel eorum parentes tantis opibus abundant, vt verisimiliter considerari possit ipsum ex ejus, vel paternis redditibus sufficienter in studio sustentari posse, ipsum nostrum Collegium tali scholari non pateat. Super quo juramento, & conscientia omnium Collegialium de præmissis informationem habentium stare debere censemus.

Juramentum Collegialis si habet redditus.

CONST. IV.

ITEM statuimus, quod quando aliquis Collegialis electus sit, antequam admittatur juramentum præstet se non habere in redditibus ex Beneficio, seu Patrimonio, vel simul ex utroque prædictam summam viginti & quinque florenorum, & si tempore, quo in dicto nostro Collegio futurus est, ultra dictam summam, sibi accessio fieret, Rectori, Consiliarijs, & omnibus Collegialibus infra triduum, postquam ad ejus notitiam pervenerit, manifestabit. Quod si ultra dictam summam repertum fuerit habere, ipso jure teneatur ad restitutionem Collegio faciendam.

Quod ex Vallis-Oleto nullus Collegialis sit.

CONST. V.

ITEM ad evitanda scandala, & incommoda, quæ inde oriri possent. Volumus, & ordinamus, quod nullus ex Oppido Vallis-Oletano ortus, & quatuor leucis in circuitu Collegialis dicti nostri Collegij existat.

De aetate Collegialis, & Familiaris.

CONST. VI.

ITEM quia rebus serijs maturitas ætatis est requirenda. Statuimus, & ordinamus, quod scholaris non agens vigesimum primum annum completum, in Collegialem dicti nostri Collegij non recipiatur; Familiaris verò decimum septimum compleat annum, antequam in Collegium valeat admitti.

Quot ex Civitate, vel Diocesi futuri sunt Collegiales.

CONST. VII.

ITEM statuimus, & ordinamus, quod ex Civitate vna, & loco vnus, & vna ex Diocesi duo tantum, excepta Diocesi Tole-

Toletana, ex qua volumus, ut tres Collegiales simul in dicto nostro Collegio recipiantur. Attento, quod locus in quo aliquis ortus fuerit, à loco originis alterius, quatuor leucis saltem distet.

Quod Collegiales intra quartum gradum non sint conjuncti.

CONST. VIII.

Item mandamus, & expressè prohibemus, quod consanguinei, aut aliqua affinitate conjuncti intra quartum gradum in Collegiales simul admitti non possint.

Qui semel fuit Collegialis denuò non admittatur.

CONST. IX.

Item decernimus, & expressè prohibemus, quod qui semel Collegialis extiterit, denuò ad Collegium non admittatur.

De conjugatis. CONST. X.

Item quod nullus conjugatus, vel desponsatus per verba de presenti in dicto Collegio esse possit, & si aliquis conjugatus, vel desponsatus per verba de presenti fuerit receptus, sit privatus ipso jure Præbenda Collegij, & si fuerit occultum, nihilominus teneatur ad restitutionem expensarum illius temporis.

Quibus Artibus præditos decet esse Collegiales, & de forma opponendi.

CONST. XI.

Item volumus, & statuimus, quod admittendi in Collegio si Theologiæ operam dare voverint, Bachalauri sint in ipsa Theologia, vel saltem in Artibus, & per triennium ante Bachalaureatum in Artibus, vel post Theologiæ vacaverint. Qui verò Juri Canonico, vel Civili in altero ipsorum jurium Bachalaurus existat, vel saltim per quadriennium in ea facultate studuerit. Qui verò Medicinæ, Bachalaurus in Medicina, vel saltim Bachalaurus in Artibus, & per triennium ante, vel post Bachalaureatum in facultate Medicinæ ope-

B

ram

ram dederit, nisi alicujus in dictis facultatibus sufficientia, & idoneitas per suffragia omnium Collegialium nemine discrepante nota fuerit. Theologus vero librum Sententiarum; Canonista Decretales; Legista Codicem, Medicus verò Avicenam, seu Artem Hippocratis saltem habere teneatur. Quisque admittendus intra tempus vacationis Rectori se præsentare, & opponere debeat, & deinde omnibus Collegialibus simul, vel separatim oppositionem suam notificare.

De vacatura Præbenda. CONST. XII.

V. stat. 40.
47.

ITEM mandamus, quod à tempore vacationis alicujus Præbendæ Rector intra quinque dies denunciât Præbendam vacare, & ad Salmanticam mittat nuntium, qui in Scholis Majoribus edictum Præbendam vacantem declarans in ipsi januis affigat. Et à tempore denuntiationis infra viginti dies volentes ad talem Præbendam se opponant. Et infra alios decem fiat electio, præcedentibus saltè duobus tractatibus super moribus, & alijs requirendis in nostris Constitutionibus. Ita quod vacatio ultra mensem non extendatur. Præterquam si visum fuerit omnibus Collegialibus, vel saltè duabus partibus eorum ternario numero dividendis. Super quod conscientias eorum oneramus. Et si Rector fuerit negligens, quilibet Consiliarium, & illis negligentibus, quilibet Collegialium hoc successivè facere teneatur.

Quod nullus Collegialium votum suum alicui committere possit.

CONST. XIII.

INSUPÈR statuimus, ne quispiam Collegialium si tempore electionis absens fuerit, possit votum suum alteri committere, nisi tempore oppositionis jam elapso.

Quod nullus favore alicujus aditum habere possit in Collegio.

CONST. XIV.

ITEM statuimus, & ordinamus, quod nullus Scholaris gratia, vel precibus, aut cujuspiam intercessione, vel fa-

VO-

vore tam Collegialium, quàm aliorum exterorum in ipso ⁴
Collegio admittatur, sed habita tantum ratione ad Deum,
qui non est acceptor personarum. Quod si aliquis precibus,
gratia, aut favore in Collegium aditum habere contenderit:
ipso facto illa vice dumtaxat sit inhabilis ad dictum Colle-
gium consequendum. Idem etiam in admittendis Familia-
ribus dicti Collegij observari volumus, & censemus. Hoc in-
super prohibentes, quod nullus Collegialium possit aliquem
admittendorum certiorum efficere, quod illi ad suum introi-
tum in Collegium votum præstabit, aut denegabit. Quod si
secus fecerit arbitrio Rectoris puniatur.

De forma electionis Collegialium, & juramento super ea præstando.

CONST. XV.

Item volumus, & statuimus, quod in primis audita Missa
Spiritus Sancti omnes Collegiales simul juramentum
præstent, se neminem, nisi bonis moribus, & virtute prædi-
tum, doctrinæque aptum, nullo alio habito respectu, vel af-
fectu admissuros, quo sic præstito, omnes Collegiales suffra-
gia sua secretè in scriptis tradant. Quibus collectis, si contige-
rit vota eligentium ad duos, vel plures extendi, ille, cui major
pars suffragata fuerit, sit Collegialis. Si paria fuerint suffragia,
Collegialis evadat, cui Rector & Consiliarij, vel Rector cum
altero Consiliariorum adhæserit. Si tamèn tres Consiliarij
adhæserint, ille, cui sua vota suffragaverint, Collegialis eva-
dat. * CÆTERUM, quia ex mutuo Collegialium collo-
quio nonnulla incommoda oriuntur electionibus, propter
quod hujusmodi electiones indebitè præter jus, & æquum
celebrantur. Nos volentes hujusmodi dispendio remedio
obviare præsentis Constitutionis tenore: Statuimus, & man-
damus, quod nullus Collegialium in electionibus tractandis,
vel faciendis quempiam alium precibus, subornationibus, vel
alio quovis quæsito colore ad præstandum suffragium, seu
votum alicui opponenti inducat. Nec super hujusmodi suf-
fragio præstito, vel præstando Collegiali, vel Oppositori,
aut cuicumque alteri personæ votum suum aperiet, sive
refe-

referet. Quod si quisquam huic nostræ Constitutioni contraverit, *sententiam excommunicationis incurrat*, & ipso facto tota portione Collegij cum vestibus, & distributionibus per unum annum privatus existat. Itaque deinceps quid quid ex ipso Collegio, vel Præbenda perceperit, restitutioni subjaceat; & insuper volumus hanc nostram Constitutionem ligare, & locum habere in foro conscientiæ. Et hanc nostram Constitutionem ad electionem Rectoris in dicto Collegio faciendam extendi volumus, & mandamus.

Quomodo, & que juraturus sit Collegialis.

CONST. XVI.

Item mandamus, & ordinamus, quod Collegialis in Collegio admissus juramentum præstet omnibus presentibus, quod suo Rectori in omnibus licitis, & honestis parebit, honorem, commoda, libertatem, & præheminentias Collegij, tempore, quo in eo permanferit, & quoad vita ei comes fuerit, pro viribus procurabit, ac defendet. Et si quid sibi injunctum fuerit, aut demandatum, minimè recusabit. Sed sive Rector, sive Consiliarius, sive Procurator electus fuerit, aut Orator, sive Nuntius ad Romanam, sive Regias Curias, aut quovis aliò destinatus fuerit, quantum in eo fuerit, executurum; Constitutiones nostras, prout in eis continetur, observaturum; nec alias his nostris contrarias, vel derogatorias, aut harum intentioni alienas procuraturum, nec absolutionem, sive relaxationem hujusmodi juramenti petiturum, procuraturum, aut acceptaturum. Quod quidem juramentum in forma, ut præmissum est, præstitum in communi protocollo cum subscriptione trium Collegialium inscribatur, & in Arca Collegij ad perpetuam rei memoriam reponatur.

Tempus, quo Collegiales in Collegio commoraturi sunt.

CONST. XVII.

V. stat. 53.

Item volumus, & ordinamus, quod Collegiales prædicti in dicto nostro Collegio octo annos continuos

ab initio sui ingressus computandos morentur. In quibus
connumeretur tempus, quo absentes fuerint ab ipso Colle-
gio. Verum si quispiam Collegialium pro negotijs Collegij
expediendis quòcumque extra Oppidum Vallis-Oletanum
missus fuerit, totum id tempus, quo abfuerit, non compu-
tetur in prædictis octo annis. Et ne in hoc fraus, & dolus in-
tervenire possit, volumus quod tempus absentiae, & locus,
quo Scholaris pro negotijs Collegij abfuerit, & causa, quare
id factum est, nomine proprio Rectoris pro tempore exis-
tentis subscribatur. Aliter verò hujusmodi absentia pro non
absentia habeatur. Quo quidem tempore finito Collegiales
in nomine Domini à Collegio expediti censeantur. Quorum
loco alij, vt præmittitur, sufficiantur. Permittimus tamèn,
quod si Capellani Collegiales ita probatae vitae, & integrita-
tis reperti fuerint, quod maximae utilitati, & decori Colle-
gij futuri sint, liceat Rectori, & Collegialibus, vel majori
parti eorum cum ipsis Capellanis, vel eorum altero dispensa-
re, vt ultra tempus prædictorum octo annorum tandiù, quan-
diù eis videbitur, in Collegio possint morari. Proviso, quod
tempus aliorum octo annorum non excedat.

*Quod si quis ultimo anno exitus electus fuerit in Rectorem, vel
Consiliarium officium exerceat.*

CONST. XVIII.

Item volumus, & mandamus, quod si contigerit Colle-
giam anno ultimo sui exitus à Collegio in Rectorem, si-
ve Consiliarium eligi, in ipso Collegio permaneat vsque ad
finem anni, quo electus fuerit, etiamsi parum temporis ad
finem sui temporis relictum esset. Et ipso anno sui officij fini-
to, & ratione ejus redita, à Collegio absolutus exittat.

Stat. 49. & 54.

De forma electionis Rectoris, & Consiliariorum.

CONST. XIX.

Item volumus, & mandamus, quod in electione Recto-
ris, & Consiliariorum ipsius Collegij tale temperamen-
tum adhibeatur, Rector, & Consiliarij, & ceteri Collegia-
les in Capella congregati, audita priùs Missa Spiritus Sancti,
ad

Stat. 28. & 29.

ad electionem procedentes ad sacra Dei Evangelia præstabitur juramentum, quod cum gratia, odio, vel favore, aut malevolentia prætermisissis, quatuor, quos sufficientiores, & utiliores regimini, & gubernationi Collegij cognoverint, eligent. Quorum nomina ab omnibus Collegialibus, vel majori parte publicè electa in scriptis accipiantur. Inter quos quatuor sorte dirimatur, quis eorum futurus sit Rector. Quorum vno in Rectorem electo, reliqui tres Consiliarij dicti Collegij, absque alia discussione, remaneant. Volumus tamen, quod duo novissimi in Collegio intrantes, scilicet portionarius, & janitor cum reliquis non sortiantur ad hujusmodi officia obtinenda.

De tempore electionis Rectoris, & Consiliariorum.

CONST. XX.

V. stat. 47.

Item volumus, & statuimus, quod electio Rectoris, & Consiliariorum fiat in die Sancti Michaelis mensis Septembris, ita quod omnes Collegiales eo die sint præsentis. Alias qui tunc absens fuerit, veste, & insignijs Collegij eo anno careat, nisi de mandato Collegij absens fuerit, vel gravi infirmitate detentus, vel captura sine sua culpa.

Quod vnus eligatur præceptor novorum Collegialium, qui Constitutiones observari, & legi faciat.

CONST. XXI.

Item cum nemo assumi debeat in magistrum, qui formam discipuli non assumpsit. Volumus, & mandamus, quod inter Collegiales vnus eligatur, quem ad id sufficientiorem cognoverint, qui Collegialium noviter receptorum præceptor existat, eosque in vita, & moribus instruat, & has nostras Constitutiones observare doceat, & interpretetur, qui etiam earum observandarum, & debito tempore legendarum curam habeat.

Quis modus est adhibendus, si Rector aliquid injustè mandaverit.

CONST. XXII.

Item volumus, & mandamus, quod omnes Collegiales suo Rectori in omnibus, quæ eis, vel alicui eorum injun-

xc-

xerit, pareant, nec onus, aut poenam impositam quoquo modo recusent. Excepto si eos, vel quempiam eorum à Collegio eicere, aut per mensem à victu Collegij privare voluisset. Tunc damus ipsis Collegialibus, & eorum cuilibet ad Consiliarios recursum, qui re intellecta, si viderint Rectorem injustè, & iniquè in aliquem processisse, ei denunciabunt, qui illicò sub poena præstiti juramenti illud revocare teneatur. Si tamen Consiliarij, vel duo ex eis in hoc minimè concordēs fuerint, factum Rectoris, sive injunctum nequaquam improbetur.

Quid juraturi sunt Rector, & Consiliarij, & de conveniendis coram Rectore Collegialibus.

CONST. XXIII.

Item statuimus, & ordinamus, quod Rector, & Consiliarij postquam electi, & recepti fuerint, in præsentia omnium Collegialium ad Sacra Dei Evangelia corporale præstent juramentum, quod rectè, & fidelitè omnia jura, bona, & commoda ad ipsum Collegium pertinentia juxta nostras Constitutiones servabunt, custodient, & maxima cum diligentia gubernabunt. Forma autem juramenti nominibus quatuor Collegialium sit subscripta, & in quodam registro hujusmodi juramenti deperato conservata. In quo registro hujusmodi juramenta annuatim describantur. ¶ Volumus præterea, quod nullus ipsorum Collegialium audeat quempiam eorum convenire, nisi coram Rectore. A quo non liceat appellare, nisi ad ipsos Consiliarios. Quibus mandamus sub poena præstiti juramenti, ut habita verbo tantum casus relatione sine scriptis omni postposita malicia, sive dilatione causam terminare studeant, atque procurent, quod si aliquis ipsorum Collegialium, vel servitorum dicti Collegij, ex quacumque causa quantumcumque legitima, vel rationabili, secus fecerit, eo ipso, & poenam præstiti juramenti incurrat, & à Collegio privatus existat.

Quod Rector, & Consiliarij ad annum tantum eligantur.

CONST. XXIV.

Item volumus, quod Rector, & Consiliarij non possint nisi ad annum tantum eligi. Quo finito ipse Rector vsque ad

Stat. 42.

ad duos saltè annos in Rectore m., & ad vnum in Consilia-
rum eligi non possit. Consiliarij autèm vsque ad annum, nec
ad officium Rectoris, aut Consiliarij eligi debeant. Volu-
mus præterea, quod Consiliarij anni præteriti in electione
Vice Rectoris sequentis anni possint eligi. Consiliarij verò
ejusdem anni possint in Rectorem sorte eligi, sed non in
Vice-Rectorem. Qui autem Rector per quatuor menses fue-
rit, anno sequenti non possit inter reliquos Collegiales in
Rectorem eligi.

Quod absens possit in Rectorem, vel Consiliarium eligi.

CONST. XXV.

Volumus etiàm, & ordinamus, quod si fortè aliquis
Collegialis absens fuerit cum venia Rectoris, & Con-
siliariorum, eligi possit in Rectorem, vel Consiliarium, si in-
fra octo dies à die electionis computandos redierit, sin autèm
hujusmodi electio sit nulla, sequentique die alius eligatur.
Si autèm pro negotijs Collegij absens fuerit, tanquàm præ-
sens eligi possit, nec currat sibi tempus præfixum octo die-
tum, & donèc redierit, Vice-Rector in ejus locum substitua-
tur: quod etiàm de Consiliariorum electione censeatur.

Pœnâ Rectoris delinquentis.

CONST. XXVI.

ITEM volumus, & ordinamus, quod si Rector in suo offi-
cio minus rectè se gesserit, quilibet Collegialium tale
sententiens, illud Consiliarijs manifestare teneatur, quod si eis
visum fuerit tale delictum correctione indigere, dent ope-
ram, vt corrigatur eum admonendo. Si autèm emendari no-
luerit, accersitis omnibus Collegialibus, tale facinus in eo-
rum consultationem ponant. Quod si omnes, vel major pars
id expedire cognoverit, denud prædictus Rector moneatur,
vt infra conveniens tempus commissum dissolvere, & emen-
dare, & damna restituere procuret. Quod si facere noluerit,
ab officio privetur, & alter ejus loco sufficiatur, supradicto
electionis ordine in aliquo non mutato. Consiliarijs quoque
in suo officio, vt antea, permanentibus.

Quod

CONST. XXVII.

Item volumus, & ordinamus, quod Rector à die suæ creationis infra octo dies primò sequentes, cum Consiliarijs omnia bona Collegij à prædecessore relicta, scripta per inventarium recipiat, quod à novis Rectore, & Consiliarijs subscriptum verum, & approbatum in arca dicti Collegij perpetuò servetur. Præteritus vero Rector, & Consiliarij rationem omnium expensarum Ordinarij, & Extraordinarij infra alios duodecim dies sequentes novis Rectori, & Consiliarijs reddere teneantur. Quod si in ipso dicto termino inventarium facere neglexerint, moneantur, vt sequenti triduo illud faciant. Si vero prætermisso triduo illud facere contempserint, ipso facto absque vlla spe à Collegio sint privati, quam privationem Collegiales sub pœna præstici juramenti teneantur exequi. Si vero rationes dictarum expensarum infra dictum terminum, vt præmittitur, non reddiderint, per mensem à mensa Colegij absque aliqua remissione sint privati.

Quod Rector rationem expensarum accepturus sit.

CONST. XXVIII.

Item volumus, & ordinamus, quod Rector totius impensæ ordinariæ, vel extraordinariæ in Collegio faciendæ rationem in fine cujuslibet septimanæ recipiat, vel vnus Consiliarius Rectore impedito. Quod si non fecerit, portione Dominicæ sequentis privetur. Et si hoc per dispensatorem steterit, quominùs fiat, eandem pœnam incurrat. Præterea, quod Rector simul, & Consiliarij in fine cujuslibet mensis à dispensatore, & extraordinario expensarum ordinariarum, & extraordinariarum rationem accipiant, & à Receptore de eo, quod receperit in quolibet mense. Et volumus, quod receptor reddituum nostri Collegij pecuniam à se receptam in rebus suis non consumat, nec etiã alteri cuiquam mutuare audeat. Volumus insupèr, quod idem receptor intra diem naturalem Rectori, & Consiliarijs pecuniam in eodem pondere, & mensura, & eademmet monetam, quam à locatori-

D bus

bus reddituum acceperit, reddere teneatur, vt dicti Rector, & Consiliarij in arca Collegij reponant. Pœna autem rectoris hanc nostram Constitutionem transgredientis: multa distributionum præsentis anni ei imponatur, & si sequens dies fluxerit rector non solvente, nec rationem reddente pecunia à se receptæ, insignijs Collegialibus, & veste illius anni priuetur, & si tertia dies elapsa fuerit, priuetur omnino Collegio. Has enim pœnas intelligendas fore censemus, quando eandemmet pecuniam per hos tres dies retinuerit. Verùm si pluriès in hanc nostram Constitutionem commisserit, eandem pœnam incurrat. Et si semel vestitum, & insignia, & distributiones contumaci auferantur, iterùm delinquens in hanc nostram Constitutionem, extimatione, valoreque vestis, & focalis rubei priuetur. Volumus præterea, quod Rector, & Consiliarij has pœnas, multasque in bonis rectoris exequantur. Et si bona ejus ad hoc non suffecerint, corpus ejus carceribus, & vinculis astringi jubemus, quousque verè, & realitè persolvat. Et si Rector, & Consiliarij hanc executionem non fecerint, obnoxij, obligatique sint Collegio in vtroque foro, & debitum hoc, tanquàm proprium ab eis statim Collegiales exigant. Quod si dispensator major, & Extraordinarius in fine mensis ratione ab eis data aliquid eis in potestate sua de pecunijs receptis remanserit, si duo millia marapetinorum, & ampliùs in se vnusquisque habeat, nullomodo eis pecunia detur, vsque quo eam, quam habent, pecuniam in vsum Collegij converterint, quod si vltra duo millia marapetinorum quisque eorum in se habuerit, redita ratione illius mensis, illam dictam summam realitè, & cum effectu persolvat, & si reddere noluerit, statim portione tota mense priuetur, quousque illam restituat. Volumus etiàm, quod si per mensem persolvere noluerit, Rector, & Consiliarij executionem in bonis suis faciant. Pœna autem, quam Rectori, & Consiliarijs imponimus, erit eos obnoxios foro judiciali tanquàm principales debitores facere. Si verò Rector quolibet die à dispensatore rationem accipere noluerit, ejus arbitrio relinquatur. Dispensator tamen major à minore dispensatore quotidie rationem accipiat, quæ quidem ratio ejusdem Rectoris, vel Consiliarij, eam accipientis nomine subscripta sit.

De

CONST. XXIX.

Item quoniam ubi est ordo, & certa vivendi norma, ibi cuncta rectè procedunt, statuimus, quod unicuique Collegialium tribuatur quotidie libra cum dimidia carnis arietis arbitrio Rectoris, pro prandio, & cœna dividenda. In diebus autem jejuniis, vel in quibus usus carniū prohibitus est, tantum in piscibus, vel ovis, consumatur, quantum in carniū expendum fuit. Possint tamèn ultra hoc Rectoris, & Consiliariorum arbitrio moderati fructus ministrari. Et quia principales anni festivitates majori jucunditate, & lætitia celebrandæ sunt. Volumus, & mandamus, quod in diebus Nativitatis Domini, Resurrectionis, & Pentecostes, & Epiphaniæ, & Carnisprivi, aves dentur Collegialibus; Purificationis tamèn Domini, Sancti Joannis Baptistæ, & Corporis Christi, Assumptionis, & Nativitatis, & Conceptionis Beatæ Mariæ, & Sanctæ Crucis Septembris, & Maij, & Omnium Sanctorum festivitatibus, & in cæteris festivitatibus, in quibus Missa cantatur (pro ut infra in alia nostra Constitutione continetur) aliquid ad portionem quotidianam augmentetur, juxta Rectoris, & Consiliariorum arbitrium. Si verò aliquis ex devotione jejunium fecerit, debita illius diei portio sibi integra tribuatur. Qui verò ad Missam non venerit, addito illius diei careat.

Const. 86.

De Vestitu, & honestate Collegialium.

CONST. XXX.

Item volentes vestitui, & honestati Collegialium providere, statuimus, & ordinamus, quod unicuique Collegialium annuatim in die Sancti Michaelis chlamys longa panni *Barielis* Aragoniæ vulgaritèr nuncupati tribuatur valoris sex regalium argenteorum cum dimidio pro qualibet mensura, & dicta chlamys strictè juxta collarium applicetur fibulis quibusdam, quæ vulgaritèr *corchetes* nuncupantur: Quod si secus fecerint, pœnam arbitrio Rectoris imponendam subire teneantur. Quod etiam ad Familiares in dicta clausula volumus extendi. Præcipimus etiam unicuique eorum

Stat. 6. & 7.

rum insignia panni rubei coccinei mensuræ vnius terciæ annuatim dari. Mandamusque, quod in alijs indumentis honestè vestiantur, nec serico, aut colore panni inhonesto clericis à jure prohibito utantur, nec calceis albis. Vestibus tamen pellibus confutis licitè uti possint. Proviso, quod Collegiales sub pœna à Rectore imponenda veste sibi annuatim data, uti saltim temporibus ab eo disponendis compellantur.

De ludo illicito vitando.

CONST. XXXI.

Statuimus insuper, quod nullus Collegialis in dicto nostro Collegio ad aleas, vel taxillos quovis modo ludere præsumat. Quod si secus fecerit, perjurium incurrat, & à portione Collegij per mensem privetur. Permittimus tamen solatij, vel exercitij gratia alijs ludis honestis moderate, ac congruis temporibus uti posse, pecuniario ludo cessante; super quibus conscientias Rectoris, & Consiliariorum oneramus.

De Camera vacante.

CONST. XXXII.

88. 1403
Vide stat. 51.

Itè statuimus, & ordinamus, quod quodcumque aliquam cameram vacare contigerit, sive per obitum, sive per dimissionem, vel complementum temporis Constitutionum Collegij, sive alio quocumque modo, sit optioni antiquioris Collegialis nullo habito respectu ad officia, utrum eam velit, nec ne, quod si eam noluerit, sit proximè antiquiori post illum, & sic seriatim à primo, usque ad ultimum, verò si duo pares antiquitate concurrant, gradu præditus præferatur; si autem gradu æquales fuerint, antiquior in gradu præferatur. Quod si in omnibus pares concurrant, cui Rector, & Consiliarij simul, vel eorum major pars voluerit, dicta camera assignetur. Volumus etiàm, quod si aliquis Collegialis extra Collegium profectus fuerit, in mandatis alicui Collegiali relinquat, quod si contingat aliquam cameram vacare, eam eligat, quæ ei jure venerit, quod si hoc non fecerit Rector illam cameram nomine absentis possit eligere. Si tamen alicui Collegiali absentis jus ad ipsam cameram sic vacantem compeferet, volumus, & declaramus, ipsum ab-

sen-

9
sentem, antequàm quid de hujusmodi camera discernatur,
expectari, vel quempiam alium ipsam cameram, si voluerit,
& in mandatis habuerit ejus loco recipere. Prohibemus ta-
mèn quòd discedens à Collegio nihil ferreum, vel ligneum,
vel cujuscumque materiae fuerit, quod in eadem camera fa-
bricaverit, secum exportare, aut vendere valeat. Verùm si
ab vna in aliam cameram transferit, ea, quæ sua impensa
emit, secum portare liceat, modo sit sine detrimento Colle-
gij, quod judicio Rectoris, & Consiliariorum, vel majoris
partis eorum relinquatur, proviso quòd seram, nec tabellas
pro cælo positas deducere possit.

*Quod omnes in Refectorio prandeant, cœnent, & de Conclusio-
nibus faciendis.*

CONST. XXXIII.

I Tèm statuimus, quod Rector, & Consiliarij, & Collegiales
prandium, & cœnam in Refectorio simul faciant, ex-
ceptis ijs, qui aliqua infirmitate laboraverint. Permittimus
tamèn, quod tempore hyemis à festo Sancti Lucae, vsque ad
Pascha prandium, & cœnam in culina vnà facere possint, si
velint. Mandamus etiàm, quod diebus à Pascha Dominicæ
Resurrectionis, vsque ad primam diem mensis Junij omnes
Collegiales hora decima prandeant; cœnam verò faciant ho-
ra sexta. Et à die prima mensis Junij, vsque ad diem Assump-
tionis Virginis Mariæ prandeant hora nona, cœnam verò fa-
ciant hora quinta. Et à die Beatæ Mariæ de Agosto vsque ad
Sanctum Michaellem, prandium sit hora decima; cœna verò
hora quinta post meridiem. A die verò Sancti Michaelis
vsque ad Quadragesimam prandium sit hora vndecima; cœ-
na verò hora nona. Qui autèm horis statutis cum alijs non
convenerint in mensa, præfenti prandio, aut cœna priventur.
Prandium verò taxetur sex marapetinis. Cœna verò quatuor
cum benedictione, & conclusionem, nisi Rector cum aliquo
ex justa causa dispensaverit, super quo conscientiam ejus onc-
ramus. Quod si forte diebus festivis tempore prandij aliqui
Collegiales in Sermonibus, vel Divinis Officij occupati absen-
tes exiterint, si major pars, aut saltim sex Collegiales in

E

Col-

Collegio fuerint, prandeant. Absentes verò, etsi expectari non debeat, portione tamèn non careant. Præcipimus tamèn, & mandamus, quod omnes Collegiales in cibo, & potu sint æquales, & conformes. Nec aliquis cibum, aut potum, aut epulas deliciores communibus, vñdecumquè habitas solus in mensa Collegialium comedere, aut extra Collegium prandere, aut cœnare cum aliquo possit absque expressa licentia Rectoris, & aliqua causa rationabili interveniente. Prandio autèm finito vicissim arguant Collegiales, & Conclusiones sustineant, omnibus præsentibus, à die Sancti Lucæ, vsque ad festum Sancti Jacobi mensis Julij omnibus diebus, præter festivos, nec quispiam eorum etiàm ab hujusmodi mensa privatorum à conclusione discedat, donèc finita, & declarata fuerit. Volumus insupèr, quod si quispiam Collegialium conclusionem (prout ei forte evenerit) non sustentaverit, tribus diebus portione tota privetur. Junior verò in ingressu domus cujuscumque facultatis sit, præterquàm si Rector, aut mensæ lector fuerit, contra reliquos suæ professionis sustentantes Conclusionem arguere teneatur, quod si facere hoc contempserit, tota portione illius diei privetur. Volumus prætercà, quod omnes Collegiales conclusioni eludicandæ intersint. Si autem hoc facere neglexerint, portione solius prandij priventur, præterquam si cum venia ad hoc expressa Rectoris abierint. Et si evenerit, quod sustentaturus Conclusionem pridie quàm proponat, à Collegio discesserit, & post infra tres dies à die, quo sustentare debebat, redierit, primam conclusionem fulcire teneatur. Deindè vero conclusio ad suum ordinem revertatur, & si hoc facere noluerit, portione tota trium dierum privetur.

De tenendo secreto à Rectore commendato.

CONST. XXXIV.

ITEM volumus, & ordinamus, quod Rector, Consiliarii, cæterique Collegiales juramentum præstent, quod omnia secreta ad dictum Collegium pertinentia inter secreta tenebunt, & servabunt, nec alicui pandent; quod si secus fecerint, perjuri habeantur. Et qui revelaverit secretum Capel-

pellæ, in foro conscientiæ, si non hujusmodi rei fuerit convictus testibus, pro singulis secreti promulgationibus mille dipondios pro arca Collegij reddere teneatur. Et si de hoc fuerit convictus, à Collegio expellatur. Excepto si alicui Collegiali, qui tunc temporis absens fuerit, revelaverit, dicens illud esse secretum Capellæ. Idem ipse Collegialis, observare sub eadem pœna teneatur. Secretum autem intelligatur, quod Rector commendaverit.

Quod constituatur unus Procurator Collegij.

CONST. XXXV.

ITEM statuímus, quod Rector, & Consiliarij, & cæteri Collegiales simul congregati constituant Procuratorem, quem magis idoneum, & conducibilem Collegio cognoverint. Qui Procurator sub pœna privationis Collegij officium acceptet, & de eis, quæ gesserit, Rectori rationem reddat. Qui ambo futuris Rectori, & Consiliarijs coram omnibus Collegialibus denuò rationem reddant. Præterea si viderint expedire aliquem oppidanum sæcularem, vel Clericum perpetuò, vel ad tempus, Oeconomum constituant, & erent. Qui redditum, fructum, & proventuum Collegij eorum, & gubernationem gerat, cæteraque extra, vel intra Oppidum faciet, quæ ipsi Collegio, & ejus redditibus viderit magis convenire; quodque possessiones, & redditus Collegij saltèm semel in anno per Rectorem, vel aliquem Collegialem, aut Procuratorem nomine Collegij visitentur. Visitatio autem hujusmodi quoad possessiones (si eas in futurum habere Collegium contigerit) intelligatur, non ad Ecclesiastica beneficia.

De tempore absentia, & anni computatione in Collegio.

CONST. XXXVI.

ITEM volumus, & mandamus, quod si quispiam Collegialium voluptatis, vel exercitij gratia se à dicto nostro Collegio absentare voluerit, liceat Rectori facultatem abeundi per duos menses tantùm illi concedere. Quibus elapsis si non redierit, à Collegio privatus existat. Ex justa tamen, & legitima causa, quam discessurus veram, & necessariam se

Stat. 16. 18.

19. 44. & 49.

cre-

credere iuraverit, Rector, & Consiliarij, vel major eorum pars per alios duos menses ei facultatem abundi faciant. Proviso, quod Collegialis, qui per prædictos quatuor menses à Collegio semel absens fuerit, sequenti anno aliud quadrimestre, vel ejus partem habere nequeat, nisi in Collegio per continuum semestre à tempore finitæ licentiæ computandum permanserit. Decernimus tamèn, vt qui quadrimestre vnus anni potitus non fuerit, anno sequenti, præterito quadrimestri, vel ejus parte gaudere non possit. Verùm si præfixo tempore non redierit, à Collegio privatus censeatur. Prohibemus tamèn ne ejus loco quispiam sufficiatur, nec ejus Præbenda vacare denuntietur infra viginti dies, infra quos si causam moræ necessariam per se, vel alium reddiderit cum eo benigne, & humanè agatur, & in Collegio sine nova electione admittatur. Si verò dictis viginti diebus elapsis causam moræ non ostenderit, nulla excusatio ei suffragari valeat, sed illicò novus Collegialis eligatur. Annum verò à festo Sancti Michaelis mensis Septembris connumerari volumus, & declaramus. Verùm quia Capellani minus discurrere debent, & magis sunt necessarij, si quando fortè aliquis eorum à Collegio propter necessitatem urgentem discessurus sit, alius eum expectare teneatur. Nec donè venerit, aut alius ejus loco substitutus fuerit, à Collegio discedere possit.

De Benedictione mensæ quotidiana.

CONST. XXXVII.

Item volumus, & ordinamus, quod omnibus diebus tam in prandio, quàm in in-cœna per Sacerdotem illa hebdomada Divina celebrantem si fuerit; sin autèm per alium Capellanum, vel per Rectorem fiat benedictio mensæ. Quod si aliter dicti Capellani fecerint, pro qualibet vice hebdomadario delinquenti mulcta vnus assis imponatur. Assen verò intelligimus illud, quod Hispani *vn maravedi* dicunt.

Quod in prandio, & cœna semper legat vnus.

CONST. XXXVIII.

Item volumus, & ordinamus, quod in Refectorio dùm prandium fecerint, vnus Collegialium per hebdomadas
(prout

11

(prout ei fortè evenerit) Bibliam in cœnando, vitas Patrum, sive Cantica canticorum, vel quempiam alium librum ad arbitrium Rectoris recitet. In quibus Rectorem tantum excipimus. Ordinamus præterea, quod hæ nostræ Constitutiones quater in anno legantur in cœna, à principio anni & à Paschate Resurrectionis Dominicæ, & à festo Sancti Joannis Baptistæ, & à die Sancti Lucae cum diebus immediate sequentibus, quoad finiantur, in Refectorio omnibus Collegialibus junctis. Quoddque exemplar earum, alterum in bibliotheca cum alijs libris ligatum, alterum verò in arca Collegij clausum, reliquum verò in camera Rectoris ponatur.

De silentio observando in mensa.

CONST. XXXIX.

ITem mandamus, & statuimus sub pœna à Rectore injungenda, quod in Refectorio, dum prandium, aut cœnam fecerint, silentium ab omnibus observetur, & ostium sub clave claudatur.

Quod unusquisque in camera sua dormiat.

CONST. XXXX.

ITem volumus, & ordinamus, quod unusquisque in camera sibi assignata noctu dormiat, nec in alterius camera quiescere audeat, nisi valetudinis causa, ob quam visitatus, aut visitandus sit, vel venia Rectoris, & Consiliariorum ex aliqua justa causa, & honesta impetrata: super quo conscientias eorum oneramus. Qui verò contrarium fecerit, pro prima vice à portione mensæ per sex dies privetur, pro secunda duodecim dierum careat portione, pro tertia verò portione viginti, & quatuor dierum omnino sit privatus; & sic deinceps multiplicando.

Quod infirmo dentur necessaria.

CONST. XXXXI.

ITem volumus, & ordinamus, quòd ex capsâ Collegij ministrentur omnia necessaria infirmo Collegiali, vel Familiari pro arbitrio Rectoris, & Consiliariorum, vel majoris

F

par-

partis eorum, super quo eorum conscientias oneramus; si
verò aliquem eorum decedere contigerit, volumus medietatem
expensarum in ejus infirmitate sumptibus Collegij factarum
ex bonis defuncti, si habuerit vnde, Collegio solvi debere.
Præcipimus insuper, quod si quispiam in lecto infirmitate
laborans triduo jacuit, illicò illo lapsò omnia peccata sua
purè confiteri, & si gravis, vel periculosa fuerit infirmitas,
Eucharistiam (nisi Sacerdos id vetuerit ex aliqua causa sibi
in confessione nota) in forma Ecclesiæ consueta recipere
debeat. Alioquin à portione Collegij, donè id fecerit, ex
tunc privatus existat. Quæ autè sit gravis infirmitas ad
perceptionem Eucharistiæ judicio medicorum relinquatur.

Quod pauperibus Collegialibus, & Ministris in Collegio decedentibus dentur necessaria pro funere exequendo.

CONST. XXXXII.

ITEM cum in omnibus tum præcipuè in propinquiores
operibus misericordiz vti debeamus. Præcipimus, & ordinamus,
quod si Collegiales, vel Familiares in dicto nostro Collegio
è vita decedentes tanta paupertate laboraverint, ut relicta
eorum bona exequendo funeri non sufficiant, tunc ex bonis
Collegij omnia necessaria ipsis sepeliendis, & funeri
exequendo ministrentur.

Quod nullus, præter Collegiales, dormire possit in Collegio.

CONST. XXXXIII.

ITEM statuimus, & ordinamus, ac prohibemus, ne quispiam
præter Collegiales, & Collegij Familiares in ipso Collegio
dormire possit die, vel nocte, super quo Rectori dispensandi
omnimodam potestatem denegamus.

Quod nullus Collegialis noctu extra Collegium dormiat.

CONST. XXXXIV.

ITEM statuimus, & ordinamus, quod nullus Collegialium
noctu extra Collegium dormiat, nisi ex legitima causa,

pu.

puta ægritudinis, obtenta priùs venia Rectoris, & Consilia-
riorum: quod si quispiam contenderit secùs, pro primò ei
ignoscatur; secundò verò pane, & aqua diem transire cogat-
ur; pro tertio verò absque venia à Collegio prorsùs expel-
latur.

Hora recessus in Collegio.

CONST. XXXXV.

ITèm volumus, & mandamus, quod eo tempore, quo in
dicta nostra majori Ecclesia pulsatur ad orationem fa-
ciendam Beatissimæ Virgini Mariæ, omnes Collegiales se in
Collegium recipiant. Quo etiàm tempore campanam Col-
legij pulsari mandamus. Quod si secùs fecerint pro prima,
& secunda vice delinquenti ignoscatur; tertia verò à Colle-
gio privetur. Quod si aliquis Consiliariorum exequi recusa-
verit, aut minus benè se gesserit, Rector, & Consiliarij cum
vno Collegiali, quem ad id elegerint, illud exequi pos-
sint.

ITèm volumus in nostro Collegio Janitorem sempèr per
diem januis clausis temporibus opportunis adesse, qui cu-
ram ostij claudendi habeat, ne quisquam in illis temporibus
aditum liberum in Collegium inveniat.

Quod omnes loquantur latine.

CONST. XXXXVI.

ITèm volumus, & ordinamus, quod omnes Collegiales, &
Familiars inter se per totum Collegium, & ejus termi-
nùm loquantur latine, sub pœna à Rectore imponenda. Ad
quod faciliùs exequendum accusator quolibet mense depu-
tetur, etiàm ad arbitrium Rectoris puniendus, si se in co-
n-
gligenter gesserit.

Quod extra Collegium nullus exeat solus.

CONST. XXXXVII.

ITèm volumus, & ordinamus, quod quando aliquis Colle-
gialis per Oppidum ad aliqua negotia procuranda extra
Collegium se contulerit, eat cum venia Rectoris, & sit ei
comes alius Collegialis. Præterquam si ad lectionem iverit
ad scholas, vel diebus dominicis, vel alijs festivitibus ad
Mis-

Missam, vel Vesperas Ecclesiæ majoris, vel Parrochia-
lis.

De murmure, & strepitu vitando, & puniendo.

CONST. XXXXVIII.

Item volumus, & mandamus, quod nullus Collegialium
cujuscumque conditionis sit, strepitum, aut murmur in
Refectorio, aut culina faciat, etiamsi ei integra portio non
detur. Potest tamen extra Refectorium, aut culinam sup-
plex Rectori honestè conqueri; si verò secus fecerit, sequen-
ti die ei panis, & aqua tantum pro cibo ministretur; si verò
contentio, aut tumultus inter Collegiales ortus fuerit, Rec-
tor quam primùm illud placare studeat, postea verò delin-
quens arbitrariè puniatur. Et si se gravatum censuerit, ad
Consiliarios recurrat. Si autem inter Rectorem, & quem-
piam Collegialium contentio oriatur, ipsi Consiliarij, vel
duo eorum sub pœna ab eis injuncta silentium imponant, ad
quam tenendam, & observandam Rectorem, & alios arctari
volumus. Qui verò inobediens fuerit, facta monitione por-
tionem cibi, & potus Collegij per mensem careat. Quod om-
nes Collegiales sub pœna præstiti juramenti servare, & exe-
qui teneantur.

Quod honori alterius non detrahatur.

CONST. XXXXIX.

Item statuimus, & prohibemus ne quispiam Collegialium
intra, vel extra Collegium honori, famæ, vel extima-
tionem cujuscumque sociorum detrahat. Aliter faciens arbitrio
Rectoris puniatur, super quo ejus conscientiam oneramus,
& si sibi videatur, possit super hoc veritatem inter Collegia-
les inquirere.

De Cathedra Collegij, & cursu.

CONST. L.

Item volumus, & ordinamus, quod in ipso Collegio vna
Cathedra constituatur, in qua Sacræ Theologiæ, vel
Juri Canonico, & Civili, & Medicinæ operam dantes legant,
& cursum faciant, & Rector, & Consiliarij duos Canonis-
tas, duosque Theologos, vnum Legistam, Medicum
vnum

13
vnum possint compellere, vt quisque in sua facultate profi-
teatur, & legat lectionem ordinariam. Quòd si moniti hoc
facere neglexerint, à tota portione Collegij priuentur, quo-
vsquè, quod per Rectorem, & Consiliarios eis mandatum
est, effectu compleverint. Si autem in hora legendi fuerint
discordes, hora per Rectorem eis assignetur. Ità quòd mo-
dò vnus, modò alius (si plures fuerint) cursum peragere
queant. Volumus etiam, & mandamus, quòd nullus Col-
legialium (nisi in Cathedra salariata, vel ejus substitutione,
vel pro salario) extra Collegium legat. Si tamen plures cur-
santes fuerint, & in ipso Collegio omnes cursum peragere
non possint, permittimus, vt extra Collegium legant, & cur-
sum faciant. Proviso, quòd sit optioni ipsius Rectoris, quos
in Cathedra Collegij, & quos extra Collegium legere ma-
luerit, & pro ejus arbitrio discernatur. Insupèr decernimus,
omnes Collegiales minores in gradu ab ipso Collegiali cur-
sante audire debere. Quod si secus fecerint, facta eis moni-
tione, ab ipso Collegio priuentur.

De forma opponendi Cathedris, vel substitutionibus.

CONST. LI.

ITèm statuimus, & ordinamus, quòd quotiescùmque in
dicta Universitate aliqua Cathedra, vel substitutio vaca-
verit, & plures Collegiales ad eam se opponere voluerint,
vnusquisque eorum lectionem inter Collegiales de materia
sibi assignata per Rectorem facere teneatur. Post hæc verò,
omnibus in Capella congregatis, idem Rector ab eis jura-
mentum accipiat, quòd nullus eorum odio, timore, gratia,
vel favore, seu alia quacumque causa, votum, seu suffra-
gium præstabit alicui eorum, nisi ei, quem (secundum Deum,
& bonam conscientiam) ad dictam Cathedram, siuè substi-
tutionem assequendam sufficientiorem, & magis idoneum
fore cognoverit. Quo sic præstato, omnes per schedulas se-
cretè suffragia præstabunt, & cui major pars adhaerit, ille
solum ad dictam Cathedram, siuè substitutionem se oppo-
nere possit.

Stat. 37. 50. 51.

G

De

De Collegij libris non extrahendis.

CONST. LII.

Item volumus, & expresse prohibemus sub pœna præstiti juramenti, ne libri ipsius Collegij cuiquam in Collegio, vel extra commodari possint ad transcribendum, vel studendum, nec Collegialis librum ex bibliotheta in camera sua accipiat. Si quis verò aliter fecerit, primò, & secundò ei ignoscatur, tertio verò extra Collegium abire cogatur. Mandamus insuper, claves virgarum ferrearum, quibus clauduntur libri, reponi in arca dicti Collegij quatuor clavibus clausa.

De libris ferreis cathenis custodiendis.

CONST. LIII.

Item volumus, & ordinamus, omnes libros, quos ipsi Collegio donavimus, aut donaverimus, ferreis cathenis in bibliotheca ligari, nec inde auferri, vel alicui ex alienis concedi posse. Si verò aliquis, à Collegio alienus in bibliotheca legere, aut videre aliquid voluerit, sic ei semper comes Stator narius, vel Collegialis ad incommoda vitanda. Volumus etià, quòd quilibet Collegialium penès se habeat vnam clavem bibliothecæ. Et si cuiuspiam negligentia aditus bibliothecæ patuerit, eadem die à vino abstinere cogatur.

Quòd Collegiales per Oppidum cum habitu incedant.

CONST. LIV.

Item volumus, & expresse prohibemus, ne quispiam Collegialium per Oppidum, vel in loca, ad quæ se extendere interdictum in dicto Oppido Vallis-Oleti, & infra vnam leucam possit ire, & redire in alio habitu decenti absque chlamyde, & insignijs. Quod si secus fecerit, pro prima, & secunda vice à vino abstineat, tertia verò à Collegio privetur. Volumus tamèn, quòd si Collegiales in dicto Oppido sermonem ad populum habuerint, liceat eis clericali alba veste indui, & sine focaji rubeo declamare.

Quod

Quod camera omnium semper pateant Rectori.

CONST. LV.

ITEM ordinamus, & mandamus, quod si Rector cameram cujuscumque Collegialis adire velit, confestim illi, sine difficultate fores pateant: ita quod Rector omnia, quae in camera sunt, possit respicere. Quod si aliquis Collegialis resistere tentaverit, à Collegio privetur.

Quod nullus Collegialis absens gaudere possit portione Collegij.

CONST. LVI.

ITEM volumus, & mandamus, quod nullus Collegialis dum fuerit absens quacumque causa, quantumcumque justa, quidquam portionis sibi debita percipiat; etiam si ad hoc Rectoris, & Consiliariorum expressus accedat consensus; quod si quidquam excefferit tam ex portione absentium, vel ex redditibus Collegij, vel alia quacumque causa, arca Collegij sub poena praetiti juramenti accrescat.

Qua hora ostium claudendum sit.

CONST. LVII.

ITEM volumus, & ordinamus, quod ostium principale Collegij infra dimidiam horam, postquam tempore Completorii in dicto Collegio pulsatum fuerit, claudatur. Postquam verò clausum fuerit, nemini, sive sit Rector, aut Consiliarius, sive Collegialis, sive alienus, etsi gravissima causa urgente, aperiatur. Si verò quisquam Collegialium secus fecerit; ex primò pane, & aqua tantum pro victu die sequenti utatur; ex secundò duplici poena afficiatur; ex tertio autem à Collegio alienus existat. Rector verò in hoc delicto bis deprehensus ab officio sit privatus. Tertio verò perseverans, sine spe venia à Collegio expellatur. Quod si quempiam per fenestram, vel murum intrare, vel exire compertum sit, à Collegio privatus existat. Quod etiam in Familiaribus exequendum censemus. Custodia verò januarum ad Rectorem, vel cui ille commisserit, modò honestus, & bonis moribus praeditus sit, pertineat. Permittimus tamen, gravi immi-

nen-

nente morbo Collegialis, vel Familiaris, exigente necessitate, ex consilio alterius Medicorum Collegij, & cum venia Rectoris ostium Collegij aperiri posse, & non aliàs; super quo eorum conscientias oneramus.

De incumbentibus Juri Canonico, & Civili.

CONST. LVIII.

ITÈM volumus, quòd nullus Juri Canonico incumbens ultra triennium leges audiat, duas lectiones tantum audiens, & hoc postquam Bachalaurus effectus sit. Si tamèn aliquis Collegialis Rectori, & Consiliarijs sufficiens fuerit repertus, liceat eis per annum dispensare ad audiendum librum Institutionum, etiàm ante Bachalaureatum. Si autèm quispiam secus fecerit, pro arbitrio Rectoris, & Consiliariorum puniatur.

De arca communi.

CONST. LIX.

ITÈM statuimus, & ordinamus, quòd in Capella Collegij collocetur quædam arca valida ad reponendum pecunias, & redditus, & instrumenta dicti Collegij cum quatuor clavibus, quarum vnam Rector, & aliam quilibet Consiliariorum penès se habeant: vt si inibi quidquam ponendum fuerit, in præsentia omnium fiat.

De Custodia ornamentorum Capelle.

CONST. LX.

ITÈM statuimus, & ordinamus, quòd penès Rectorem, & Consiliarios maneat, & custodiantur ornamenta Capelle Collegij pro festis solemnibus celebrandis vtenda. Usui tamèn quotidiano necessaria sint penès Capellanos.

De custodia frumenti.

CONST. LXI.

ITÈM volumus, & mandamus, quòd residuum frumenti ex redditibus Collegij, facto domestico sumptu, diligentè custodiat. Ita quòd semper supersint in camera frumentaria saltèm quingentæ mensuræ, quæ mæterno

15
terno sermone dicuntur *fanegas*, ad ea, quæ possint accide-
re. Quod frumentum temporibus accomodatis personis ali-
quibus honestis, & fidedignis mutuo dari, & in tempore re-
vocari possit, ne nimia vetustate aut tinea consumatur; quod
Rectoris, & Consiliariorum prudentiæ demandamus, dum-
modò usura aliqua non interveniat.

Quòd annuam fiat memoriale reddituum.

CONST. LXII.

Item volumus, & mandamus, quòd factis, & conductis
ad firmam, vel ad annuam pensionem redditibus dicti
Collegij, memoriale omnium reddituum singulis annis in
arca Collegij reponatur. Cujus exemplum in die Sancti
Joannis Baptistæ Rector recipiat, illud Visitatori daturus ad
faciendam visitationem.

De Custodia reddituum.

CONST. LXIII.

Item volumus, & mandamus, quòd ex residuo reddituum
Collegij domus, & ædificia reparentur, librique, si ne-
cessarii fuerint, aliæque domui necessaria emanent.

De Provisione victus, &c.

CONST. LXIV.

Item statuimus, quòd Rector, & Consiliarij tempore de-
bito de victu, & vestitu, alijsque rebus necessarijs provi-
deant; quod si non fecerint, damnum, aut incommodum
Collegio inde venturum per Visitatorem solvere cogantur.
Nec excusatio admittatur, si tempore provisionis faciendæ
pecunias in communi arca non habuerint: Nam dato, quòd
non habeant; nos ex nunc eos, ad pecuniam pro hujus pro-
visione faciendâ ab amicis, aut aliundè supèr pignore usquè
ad futuros redditus quærendam, arctari volumus, & man-
damus.

Item volumus, & expressè prohibemus, quòd in
nostro Collegio Collegiales nullo modo externos quoscum-
que expensis suis invitent. Libationem tamèn possint, qui-
buscumque voluerint, dare.

H

Item

¶ Itē statuimus, ne ijs rebus, quæ in promptuarijs nostrī Collegij ad vsum, provisionemque reservantur, putā panis, vinum, carnes, & hujusmodi alicui Collegiali, vt extra Collegium donet, aliquid vendatur. Possit autē aliquid medicum panis, vel vini dari alicui infirmo arbitrio Rectoris, & Consiliariorum.

De reparatione Collegij, & possessionum.

CONST. LXV.

ITEM volumus, & mandamus, quòd Rector pro tempore existens videat ea, quæ reparatione ædificiorum Collegij, & possessionum ejus indigent. Et quandò aliquid reparandum, vel de novo ædificandum fuerit, vnus Collegialium per hebdomadas (provt fors tulerit) de mandato Rectoris præfens existat. Ità tamē, quòd si de novo aliquid ædificandum, vel fabricandum fuerit, fiat de consensu Rectoris, & Consiliariorum, vel majoris partis eorum; & non aliàs.

De alienationibus.

CONST. LXVI.

ITEM si aliqua vrgente necessitate, vel evidenti vtilitate, aut alijs de causis à jure permisis, alienationes, vel permutationes faciendæ sint ex Collegij bonis, circa hoc juris communis dispositioni standum fore censemus, atque decernimus; prohibemus etiā, quòd bona, redditus, aut pecuniæ Collegij, nequaquam commodato, aut mutuo extra Collegium dari possint. Quòd si fortè, aliqua superveniente necessitate, aut vrgente causa, id faciendum sit, de consilio Rectoris, & Consiliariorum fieri debeat, & tunc cum sufficienti pignore, vel cautione; & non aliàs.

De numero servitorum Collegij.

CONST. LXVII.

ITEM volumus, & ordinamus, quòd ad vsum, & servitium Collegij totius recipiantur novem servitores. Prohibemus tamē, ne Rector, aut quispiam Consiliariorum, vel Collegialium proprium servitorem, vel infrà quartum gradum consanguinitatis conjunctum habere possit. Ità quod

Stat. 11. 36. 41.

quòd Familiaris Collegij possit esse ille, qui moram traxerit cum aliquo Collegialium antè, vel post ingressum Collegij. Et inter istos servitores vnus eorum sit dispensator, & alius coquus, ceteri ad seruitium commune deputentur. Permittimus tamèn, quòd si coquus scholaris non reperiatur, laicus in coquum assumatur intrà, vel extrà Collegium (pro-
 uis omnibus Collegialibus visum fuerit) dormiturus, aut ser-
 uis officio culinæ, & alijs Collegio necessarijs ematur.

De Sacramentis communicandis.

CONST. LXVIII.

I Tèm statuimus, & ordinamus, quòd omnes Collegiales, & Collegij seruitores iuxta præcepta Ecclesiæ peccata sua confiteantur saltim bis in anno, scilicèt, in hebdomada Sancta, & per hebdomadam ante festum Natiuitatis Domini; Sacramentum Eucharistiæ in Capella dicti Collegij, temporibus ab Ecclesiâ statutis, recipiant, saltèm die Resurrectionis Dominicæ, de quo Rector verum relatum habeat, & si quis præmissa facere contempserit, nulla excusatione, quantumcùmque vrgente, admittitur, à Collegio sine spe veniæ eiciatur: vna tamèn monitione ei coram Rectore, & Consiliarijs priùs facta, quòd illicò Collegiales sub pœna præstiti iuramenti exequi teneantur. Volumus etiàm, quòd si Collegiales antè Pascha Dominicæ Resurrectionis à Collegio discesserint, redeuntes infrà quindecim dies, Eucharistiam recipere teneantur in prima die Dominica post aduentum suum in Capella dicti Collegij.

De horis dicendis, & de commemoratione Fundatoris.

CONST. LXIX.

I Tèm statuimus, & ordinamus, quòd si quispiam eorum, qui in dicto Collegio extiterint, sacri Ordinis caractere insignitus, aut aliquo beneficio Ecclesiastico astrictus fuerit, Horas Canonicas perfectè dicere non prætermittat. Quod si non fecerit, monitus, à Collegio priuetur. Volumus, & ordinamus, quòd reliqui Collegiales, etiàm si sacris Ordinibus initiati, aut aliquo beneficio astricti non fuerint, horas de-
 fun-

functorum pro animabus parentum, & fratrum nostrorum, & post decessum nostrum pro nobis quotidie dicere teneantur. Quod si secus fecerint, in foro conscientiae sint obligati ad restitutionem portionis illius diei, in quo non recitaverint praedictas horas. In Missa verò in Capella Collegij celebranda commemoratio nostri quotidie fiat. Quod si in Missa vna tantum oratio dicenda sit, in ejus fine dicetur, & *famulum tuum Cardinalem Hispanie hujus Collegij fundatorem ab omni adversitate custodi.* Post decessum vero nostrum (provt communiter pro Pontificibus fieri consuevit) commemoratio fiat in nomen Pontificis, nomine Cardinalis Hispaniae mutato. Quod si non fecerint, à Rectore arbitrariè puniantur.

Nunc dicitur:
Et animam famuli tui Petri Cardinalis Hispaniae, hujus Collegij Fundatoris, in caelesti sede collocare digneris.

Quod nullus habeat mulierem.

CONST. LXX.
ITEM statuimus, & ordinamus, quod si quispiam degentium in dicto Collegio repertus sit aliquam concubinam in Oppido Vallis-Oletano, vel extra publicè, vel occultè habere. Si per indicia, & juramentum trium, vel plurium testium in crimine deprehensus fuerit, aut cum aliqua in dicto Oppido rem habere compertum sit, à Collegio privatus existat. Quod omnes Collegiales sub poena praestiti juramenti illicè exequi teneantur. Rectori autem inquisitionem hujusmodi criminis relinquimus.

ITEM volumus, & expressè prohibemus, quod nullus Collegialis mulierem, cujuscumque conditionis sit, in cubiculum suum sine venia Rectoris intromittat. Si autem illa, ipso ignorante, in cameram suam iruperit; Collegialis, nulla mora facta, à cubiculo suo, petiturus veniam à Rectore, discedat. Quod si hoc facere renuerit, pro singulis in hanc Constitutionem commissis portione vnius diei careat.

Quod omnes semel in mense conveniant.

CONST. LXXI.

Stat. 39.

ITEM volumus, & mandamus, quod semel in mense omnes Collegiales cum Rectore, & Consiliarijs in Capella Collegij, vel alio loco idoneo conveniant ad tractandum,

dum, cognoscendumque de redditibus, possessionibus, & reparationibus bonorum, & ædificiorum dicti Collegij: ita vt omnes sciant negotia, & bona Collegij, & eodem die Rector libros librariæ requirat, & à pulvere excuti faciat.

Quod nullus portet arma.

CONST. LXXII.

I Tèm statuimus, & ordinamus, quòd nullus arma intrà vel extrà Collegium portare præsumat, non impetrata venia Rectoris, & Consiliariorum; super quo eorum conscientias oneramus. Excepto, si extra Oppidum quispiam Collegialis proficiscatur. Quod si alitè fecerit, à portione Collegij duorum mensium privatus existat. Liceat tamen eis patris gladijs ad scindendum panem, & carnes uti.

Pœna percutientis alium.

CONST. LXXIII.

I Tèm statuimus, & ordinamus, quòd si inter Collegiales, & Capellanos, vel aliquos ex eis jurgia, contentiones, vel discordiæ contigerint; ita vt manus violentas in se invicem conjecerint: tunc Rector, veritate comperta, eum, qui in culpa fuerit, à Collegij portione per mensem privabit. Si autem vnus ligno, gladio, vel lapide alium cum effusione sanguinis percusserit, percussor à Collegio privatus existat. Si ambo percusserint, qui eorum in culpa fuerit, eiiciatur. Si ambo peccaverint, paritèr eiiciantur. Si verò quispiam gladium, aut ensenem distrinxerit, nec vlrà progressus fuerit, portione mensis careat; qui si talitèr discordantes ad pacem, vel amicitiam invicem redire noluerint, cogi possint ad eam ineundam, & si se difficiles prebuerint, pro arbitrio Rectoris, & Consiliariorum puniantur.

Ne quis Rectorem convitio afficiat.

CONST. LXXIV.

I Tèm statuimus, & prohibemus, ne Collegialis quispiam, aut servitor dicti Collegij verbo inhonesto, turpi, vel aliquo convitio Rectorem suum afficiat: si quis verò in præmissis deliquerit, in eum Rector pro arbitrio animadvertat. Nec

recursus, aut appellatio ad Consiliarios ei in tali casu suffragari possit.

Quòd in absentia Rectoris, vel Consiliariorum alius sufficiatur.

CONST. LXXV.

ITÈM volumus, & ordinamus, quòd si Rectorem, vel quempiam Consiliariorum ex aliqua legitima causa à Collegio abire contigerit, ejus loco, servato ordine, alius ante illius discessum sufficiatur; dummodò ultrà quindecim dies licentiam acceperit. Si verò intra dictos quindecim dies licentiam acceperit, tunc antiquior Consiliarius loco Rectoris subrogetur. Loco verò Consiliarij nullus.

Quòd Rector à Collegio non discedat, nisi reddita ratione.

CONST. LXXVI.

ITÈM statuimus, & ordinamus, quòd Rector tempore, quoad officium admissus fuerit, juramentum præster, se à Collegio minimè recessurum, nisi ratione expensarum, & omnium bonorum acceptorum prius reddita, vel sufficienti præstita cautione. Volumus præterea, fidejussorem Rectoris absentis insolidum teneri debitore principali non excusso: Quod ad similes casus in alijs fidejussoribus extendi volumus, & mandamus.

Quòd missus à Collegio victa sit contentus.

CONST. LXXVII.

ITÈM volumus, & mandamus, quod Collegialis missus ad negotia Collegij transigenda victu tantum contentus existat, nullo alio premio ei præstito. Volumus tamen neminem Collegialium, nisi pro re vera, certa, & existenti miti debere.

Quid facturi sunt Collegiales tempore pestis?

CONST. LXXVIII.

ITÈM statuimus, & ordinamus, quòd si Oppidum Valis-Oletanum peste, (quod Deus avertat) vel aliquo con-

tagioso morbo laborare contigerit: ità vt indè mors commu-
 nitèr sequeretur; tunc Collegiales, si eis, vel majori parti vi-
 sum fuerit, ab ipso Collegio, vltra tempus in alia nostra
 Constitutione statutum, discedere valeant, facta prius à *Const. 36.*
 Rectore, & Consiliarijs, vel majori eorum parte abeundi
 licentia. Provisò, quòd semper in dicto Collegio maneant
 duo, vel tres Collegiales, & vnus Capellanus. Et si fortè
 contentio oriretur, vtri essent discessuri, vel mansuri? Volu-
 mus hanc litem inter eos dirimi sorte; ne causa sic succensèn-
 di Reктору, & Consiliarijs, vel eos odio, vel aliqua inobe-
 dientia prosequendi. Ità tamèn, quòd durante peste, vel hu-
 jusmodi morbo, ipsa absentia vltra octo mensium spatium
 extendi non possit. Abreviari tamèn possit, cessante peste,
 pro Receptoris, & Consiliariorum, & ipsorum Collegialium
 prudentia. Volumus etiam, quòd si dicto tempore aliquis,
 vel aliqui Collegiales absentes peregrè profecti fuerint, qui
 tunc temporis in Collegio habitaverint, pro absentibus fortes
 mittant. Quòd si cuiusdam absentium fors custodiendi Col-
 legij evenerit, Rector, & Consiliarij illos de adventu suo in
 Collegium certiores faciant, monitione facta infra duos, vel
 tres dies discessuri, & ad tempus, à Rectore, & Consiliarijs
 assignatum, redire in Collegium teneantur; quòd si non ve-
 nerint, à Collegio absque spe omninò priventur; nisi sint
 impediti impedimento, de quo habetur in alia nostra Con-
 stitutione, *de tempore electionis Receptoris, & Consiliariorum.* *Const. 20.*
 Nolumus tamèn Collegiales gaudere posse talibus annis
 (prout in alia nostra Constitutione conceditur) tempore qua-
 drimestri. Qua quidèm peste, vel morbo sedato, tunc Col-
 legiales à tempore, quo id sciverint, & per Rectorem, vel
 aliquem alium sibi notificatum fuerit, ad vnum mensem ad
 Collegium redire teneantur. Quòd si non fecerint, nulla ex-
 cusatione quantumcumque legitima, vel iusta eis, vel alicui
 eorum suffragante, à Collegio sint privati. Verùm si Rector,
 & Consiliarij abeundi facultatem ipsis Collegialibus, vel ali-
 cui eorum facere voluerint, liceat eis tempore pestis, aut pes-
 tiferi morbi, petita venia, à dicto Collegio abire, & in tem-
 pore (vt præmittitur) redire, iactà prius sorte, vtri eorum pro-
 fecturi, & permansuri sint.

Const. 36.

De

De distributionibus quotidianis.

CONST. LXXIX.

ITEM cum omnes Collegiales dicti nostri Collegij pauperes sint, nec Collegium alijs patere debeat, eorum inopia occurrendum censemus. Volumus itaque, & mandamus, vt ultra chlamydem, & insignia, & caudelas, quæ omni anno habituri sunt ex Collegio: vnicuique Collegialium dentur pro alijs necessitatibus subeundis mille marapetini monetæ pro tempore currentis in his Regnis, pro rata in fine cuiuslibet mensis vnicuique solvendi.

De cursu in lectione faciendo, & veste gradui debita.

CONST. LXXX.

ITEM statuimus, & ordinamus, quod Collegialis in aliquo gradu Sacræ Theologiæ, vel Juris Canonici, aut Civilis, vel Medicinæ constitutus, cursum statim facere, & legere in Theologia, vel Jure Canonico, vel Civili, aut Medicina, sub pœna privationis Collegij, annuatim teneatur, vt digniorem gradum assequi possit. Si tamèn Artium, vel Legum habuerit gradum, & cursare, vel legere voluerit, id sibi pro ejus arbitrio permittatur. Mandamus etiàm, quod si quis Collegialium Doctor, Magister, vel Licentiatus in quacunque facultate extiterit: tempore gradus recipiendi, vel actus publicè subeundi, & in diebus solemnibus vestibus honestis, & suo gradui, dignitatique convenientibus vti possit. Alijs autem diebus habitum Collegialium non deserat.

Stat. 6.

De sessione Collegialium.

CONST. LXXXI.

Stat. 34. & 51.

ITEM statuimus, & ordinamus, quod in sessione Collegialium graduatus non graduato præferatur, & inter graduatos, qui majori gradu est insignitus; putà Licentiatus Bachelauero; in reliquis verò antiquior in Collegio præter Rectorem, quem omnibus anteponendum censemus. Declaramus insupèr, quod antiquior in Collegio, cum ad parem gradum cum juniore pervenerit, eidem, licèt priùs graduato, in omnibus præferatur.

De

CONST. LXXXII.

ITEM statuimus, & ordinamus in Visitatorem dicti nostri Collegij vnā Dignitatem, vel Canonicum dictæ nostræ Collegialis Ecclesiæ Vallis-Oletanæ, per Priorem & Capitulum (pro tempore existentem, vel existens) eligendum: præstito prius per eos inter se iuramento, quod omni posthabito odio, gratia, amore, vel affectione, sufficientiorem & vtiliorem Collegio eligent: huic tamen iuramento volumus, & expressè mandamus, vt duo Collegiales nostri Collegij ibi præsentés adsint. Qui quidem Visitator pari forma iuramentum præstabit, quod personas, redditus, possessiones, ædificia, & bona Collegij visitabit, expensarum rationem exiget; & si quid correctione, satisfactione, vel reparatione indigere cognoverit, id præsentí Reçtori in scriptis tradet: qui simul & Consiliarij ea, quæ Visitator circa prædicta injunxerit, executioni mandabunt. Dicitus quoque Visitator, cum primùm officium suum exercuerit, iuramento in Capella nostri Collegij astringatur, quod nullo modo, neque verbo, neque signo, neque aliquo indicio quæ in visitatione sciverit, manifestabit: visitatio autem fiat sine Tabellione. Volumus etiā, quod huiusmodi visitatio fiat, posteaquam Reçtor esse desierit, exhibita prius per eum futuro Reçtori omnium ratione. Et si forsā Capitulum, vel electus ab eo, semel monitum, vel monitus eligere, vel visitare neglexerit; Abbas ipsius Abbatix pro tempore existens, vel ejus Provisor huiusmodi visitationem faciant. Cui sic electo Visitatori facultatem, & potestatem concedimus corrigendi, emendandi, & mulctandi intrā Collegium personas Reçtoris, Consiliariorum, & Collegialium: itā tamen, quod mulcta, siue pœna pecuniaria delinquentibus imposita, nemini, præterquam Collegio, applicari possit. Quam quidem pœnam, siue mulctam corporalem, vel pecuniariam reliqui Collegiales exequi teneantur: qui, si minus diligentè se gesserint, aut rebelles fuerint in huiusmodi executione faciendā, à Visitatore præmoniti, à Collegio privati existant. Visitatio autem à die Sancti Michaelis vsque ad vltimum diem mensis No-

Vide Const. 62.
& 64. Et Stat.
35.

vembris celebretur quolibet anno. Volumus insuper, quod huiusmodi Visitator pro suo salario ex redditibus Collegij quatuor florenos auri de Aragonia currentis monetæ annuatim percipiat. Caterùm, si quispiam eorum, quos ad huiusmodi visitationem faciendam nominamus, eam (vt præmittitur) facere, & exequi renuerit; aut (quod Deus avertat) malignè se in ea gesserit; aut odio, vel gratia, ira, vel amicitia procedere visus fuerit; ita vt ipsa visitatio Collegio perniciofa potiùs, quàm vtilis futura fit: idque omnibus Collegialibus, vel duabus eorum partibus juramento addictis manifestum fuerit: tunc eis vnum Presbyterum sæcularem, quem Archiepiscopus Toletanus intra Oppidum duxerit eligendum, vel aliundè, præfrito prius juramento (vt supra) in Visitatorem cum antedicto salario recipi permittimus: proviso, quòd talis Presbyter sæcularis ætatem annorum triginta excedat.

De pœna à Visitatore imponenda.

CONST. LXXXIII.

ITEM si Visitator, dùm visitationem fecerit, compertum habuerit, Rectorem, & Consiliarios minùs benè se gefsisse, nec administrationem Collegij, & bonorum ejus (vt eos decebat) debità exercuisse, mediante justitia, damna & detrimenta Collegij eum, qui in culpa fuerit, resarcire cogat; vel aliàs pœna corporea afficiat, vt in Constitutione visitationis continetur.

Quòd Collegialis novitèr receptus chlamydem emere teneatur.

CONST. LXXXIV.

DECERNIMUS etiàm, quòd quilibet Collegialis electus, admissusque in Collegio, infra mensem, postquam admissus fuerit, sua impensa chlamydem, & insignia emere cogatur, vt ad alios se conformet, ne illis dissimilis videatur. Idem in Familiaribus jubemus, scilicèt, quòd suis impensis chlamydem emere cogantur.

De

CONST. LXXXV.

Statuimus insuper, quòd liceat Collegialibus habere Medicum salariatum extra Collegium, quem magis expedire viderint, qui vnà cum Medicis dicti nostri Collegij infirmorum curam gerat. Cujus electio ad omnes Collegiales, vel eorum majorem partem spectet. Quod etiàm de Barbitonfore censemus faciendum.

De Missa certis diebus in Capella Collegij cantanda.

CONST. LXXXVI.

Volumus præterea, quòd in diebus solemnibus, scilicet, Natiuitatis, Resurrectionis, Pentecostes; & in solemnitatibus Beatæ Virginis MARIÆ, scilicet, Annuntiatione, Assumptione, Natiuitate, Conceptione, Expectatione, & Purificatione; itèm in diebus Circumcisionis, Epiphaniæ, Sancti Marci, Ascensionis, Sanctæ Crucis, Petri, & Pauli, Joannis Baptistæ, Beati Jacobi Zebedæi, & in solemnitate Omnium Sanctorum Missa in Capella nostri Collegij alta voce cantetur. Volumus etiàm, quòd Collegialis, quò ad audiendum Evangelium non venerit, dum divina celebrantur, multa vnus assis ei imponatur. Et si, cum corpus Domini adorandum ostenditur populo, non venerit; à vino illius prandij priuetur sine assis solutione. Præterquàm, si in infirmitate gravetur, aut venia impetrata à Rectore, aut lector ea hora in scholis fuerit.

Circa Familiares.

CONST. LXXXVII.

Itèm statuimus, quòd cum Familiaris fuerit eligendus, Præbendam infra biduum à die vacationis per Rectorem denunciatur vacare cum certo dierum numero, arbitrio Rectoris constituendo, ac etiàm si visum fuerit prorogando. Infra quem volentes valeant se opponere; quò elapso, præmissò tractatu in Capella dicti Collegij, fiat electio secretè per schedulas.

Re-

*Reservat quidquid fuerit addendum, vel mutandum in
Constitutionibus.*

XXXI
CONST. LXXXVIII.

Item quoniam secundum varietatem temporum nonnumquam statuta variantur humana. Volumus, & statuimus, quòd si quidquam in his nostris Constitutionibus dubij, aut interpretationis emerferit; aut addendum, mutandum, vel minuendum, seu amovendum fuerit; nobis tantummodò reservari debere; nec per editionem harum nostrarum Constitutionum nobis potestatem, aut facultatem adimi addere aliquid, mutandi, amovendi, corrigendi, addendi, vel minuendi, cum temporis necessitas, aut rerum qualitas id exegerit. Et quoniam nostræ intentionis est, mores scholarium in melius reformare, non conscientias eorum prægravare; scrupulosis animis laqueum remorsus adimentes: Volumus, & declaramus has nostras Constitutiones ad pœnam tantùm temporalem, non ad peccatum quodpiam obligare, præter illas, quarum transgressio sine peccato esse non potest; aut si quis (quod Deus avertat) earum contemptor extiterit: exceptis his, in quibus expressè continentur hæc verba; quòd *obligent in foro conscientie.*

Constitutio Medicorum.

CONST. LXXXIX.

Volumus præterea, & Medicorum Collegialium studio, & quieti consulentes; quòd nullus Medicorum, in nostro Collegio commorantium, antequàm Licentiatius, vel saltèm Bachalaurus, receptus in Medicina existat, infirmos curare, vel visitare per Oppidum possit. Permittimus tamèn, quòd Collegiales, vel Familiars dicti Collegij curare possit, & quòd intra Collegium consilia, Medicinæ præscripta, vulgò *Recetas*, & regimina, absque inspectione vrinarum, reddere petentibus exteris queat. Postquam tamèn Licentiatius, vel Bachalaurus, receptus in Medicina extiterit, si ad visitandum infirmos per Oppidum incedat, quempiam Collegialium comitem non habeat, præterquam
alium

alium Medicum. Et si ad Collegium (ut fit) urinae deportentur, non possit illas intra secundam portam domus aspicere, sed in pavimento anteriori Collegij. Quod si secus fecerint, à Collegio privatos esse censemus ipso facto, & in foro conscientiae ad omnium, post dictam transgressionem perceptorum, restitutionem teneri. Si quis verò Collegialium violatorem hujus Constitutionis quovismodo cognoverit, illicò Reçtori, & Consiliarijs denuntiare teneatur. Aliàs portione vnus anni, etiàm in foro conscientiae, privatus existat. Et idem, si talis Collegialis ipsum Medicum ad visitandum infirmos per Oppidum committetur.

Quòd officiales Collegij ultra mille marapetinos mutuo non recipiant.

CONST. LXXXX.

ITEM statuimus, quòd Reçtor, seu dispensator tam Ordinarius, quàm Extraordinarius, eorum durante officio, ultra mille marapetinos simul, vel successivè de pecunijs Collegij mutuo non recipiant in proprios vsus. Quodque si Collegialis, sive officialis ante dictus, sive alius quicumque pecuniam aliquam Collegio debuerit, infra duodecim dies à creatione novi Reçtoris illam solvere teneatur; quod si non fecerit, tandiù à mensa Collegij privatus existat, quoad debitum in numerata pecunia integre satisfaciat.

Si Collegialis post clausum ostium venerit, an liceat ostium aperire?

CONST. LXXXXI.

ITEM statuimus, honestati Collegialium caventes, quòd si Collegialis quispiam ab Oppido, sive aliundè, post clausum Collegij ostium, venerit; ne vagandi per Oppidum ei detur occasio, liceat Reçtori cum Consiliarijs, vel eorum altero ostium aperire, dùm tamen altera trium noctium, de quibus in alia nostra Constitutione cavetur, eidem (ut præmittitur) admissio debeat imputari.

Const. 57.

L

Pena

Pœna Collegialis contra mandatum Rectoris per vim portionem auferentis.

CONST. LXXXII.

ITEM volumus, & statuimus, quòd omnes Collegiales Rectori obtemperent, pœnamque ab eo impositam ferant patientèr. Si quis verò hujusmodi pœnam, sivè multam, aut mensæ privationem, juxta tenorem nostrarum Constitutionum, subire recusaverit, videlicèt, per vim portionem Collegij arripiendo contra mandatum Rectoris, ipso factò à Collegio privatus existat; quam privationem Collegiales illicò exequi teneantur.

Quòd intra Collegium mula ultra horam non teneatur.

CONST. LXXXIII.

ITEM strepitum, & murmur Collegij, & alia incommoda ex infrascriptis orientia vitare cupientes; præcipimus, & expressè inhibemus, ne quisquam Collegialium, suam, aut cujuspiam alterius mulam per diem, nec noctem intra Collegium, & ejus clausuram ultra horam teneat, vel includat. Quòd si fecùs fecerit, & tèr monitus non destiterit, insignijs, & portione Collegij per annum careat. Quòd si denud in eo deliquerit, pari pœna puniatur. Tertio verò à Collegio absque vlla spe veniæ expellatur.

In quorum omnium fidem, præsentibus manu propria subscriptas, nostro pendenti Pontificali sigillo mandavimus communiti. Datis in Civitate Guadalajara nostræ Toletanæ Diœcesis, sub anno à Nativitate Domini millesimo, quadringentesimo, nonagesimo quarto, pri diè Kal. Septembris, sedente Romæ Alexandro, divina providentia, Pontifice Maximo, tertio Pontificatus sui anno. Præsentibus ibidè Reverendo Patre Domino Joanne de *Leon* Apostolicæ Sedis Protonotario, Decano & Canonico Toletano, Magistro domus, & Fernando del *Castillo* Canonico similiter Toletano, & Bartholomæo de *Medina* Camerarijs, ac continuis commensalibus, & familiaribus dicti Reverendissimi Domini Cardinalis; nec non circumspectis, & egregijs viris Alphonso Martini de *Najera*, & Petro *Colina* Doctoribus in Medicina, testibus ad editionem, concessionemque harum Constitutionum, & ad alia præmissa vocatis specialitèr, atque rogatis.

STA-

STATUTA.

22



Nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. Quoniam secundum fragilitatem humanam nulla lege, quantumcumque perfecta, potest provideri circa omnes casus futuros, & semper est necessaria legum editio: Idem nos Rector, & Collegiales hujus Collegij Sanctæ Crucis volentes obviare dispendijs hujus domus, & quieti Collegialium consulere, sequentia edidimus Statuta.

Quòd Exterus non invitetur in Refectorium. I.

Primò igitur statuimus, & ordinamus, quòd nullus exterus possit invitari, ut prandeat in Refectorio, nisi concors Collegialium accefferit consensus, id est, majoris partis Capituli.

Quòd portio non respuatur.. II.

Item statuimus, quòd si portio fuerit delata pro aliquo Collegiali, nequeat sine rationabili causa ipsam respuere; nisi prædixisset dispensatori majori, quòd nolebat portionem pro illa die, vel nocte.

Quòd portionarius præsit portionum factioni. III.

Item statuimus, quòd portionarius Collegialis teneatur quotidie interesse, tam in aurora, quam in vespere ponderationi portionum; nè Collegiales, vel Collegium patiantur aliquam jacturam.

De præsentia ponderationis panis. IIII.

Item statuimus, quòd Collegialis, curam gerens pro pane cocto, teneatur adesse tempore, quo dispensator minor panem recipit à panifica, ut rationem exploret, & pondus panis, & an expediat recipere, vel dimittere? decernat.

Quod

Quòd janua Collegij non aperiatur ante lucem. V.

ITèm volumus, & ordinamus, quòd janua Collegij nunquam aperiatur, antequàm claritas diei appareat; nisi fortè aliquis Collegialium iusta, & rationabili causa compulsus, aliud poscat, tunc demùm fiet, impetrata venia à Rectorè.

Quòd nullus Collegialium fecerat vestem sericam. VI.

Const. 30. & 80.

ITèm statuimus, quòd nullus Collegialium ferat vestem sericam intra Collegiam, nec toracem, vel alias vestes sericas, nisi per spatium vnus horæ, antequàm discedat, vel post adventum; nisi fortè redierit vna hora ante noctis tenebras; vel in diebus solemnibus à Constitutione permisis, vel quandò Collegialis gradum suscipit Doctoratus.

De veste pellicea. VII.

ITèm statuimus, quòd nullus egrediatur Collegium indutus veste pellicea, patentibus manicis, quam vulgò appellamus: *Zamarro*.

De Syndico habendo. VIII.

ITèm statuimus, vt Collegium sempèr habeat deputatum Syndicum exterum, qui gerat sollicitudinem rerum, & causarum domus, & lites, & forum adeat.

De pecunia Collegio debita. IX.

ITèm statuimus, & ordinamus, quòd si aliqua schedula de cambio ad pecuniam Collegij expectans, detur receptori dicti Collegij, & intra viginti dies pecuniam non recuperaverit, teneatur denunciare illud Rectori; quod si secùs fecerit, solvat pecuniam contentam in dicta schedula, aut quod superfuerit solvendum; Rector verò, & Consiliarij, si infra prædictum terminum fuerint moniti, nec Syndico injunxerint, vel infra alios decem dies mandaverint, vt
pe-

23
pecuniam in schedula comprehensam recuperet, teneantur
ad solutionem dictæ pecuniæ; quod si Syndico fuerit injun-
ctum, & sua culpa, aut negligentia non recuperetur, Syndi-
cus teneatur ad solutionem.

De victu emendo in platea majori. X.

I Tèm statuimus, & ordinamus, quòd dispensator minor
teneatur ire simul cum Familiari hebdomadario ad emen-
dum victui necessaria, illaque emat in platea majori, nisi
quæ minimo pretio sunt emenda. Alioquin à Rectore pu-
niantur; & quilibet Collegialium sciens contrarium fieri,
Reктору denuntiet.

De electione Familiarium. XI.

I Tèm statuimus, quòd Familiares dicti Collegij ad annum
tantum eligantur, nullo excepto, etiàm dispensatore mi-
nori; habeantque quolibet anno, nomine salarij, chlamy-
dem *burielis* panni, pretij centum marapetinorum pro quali-
bet mensura.

*Decl. Const. 67.
Vide Stat. 41.*

De chlamyde, & distributionibus Familiaribus dandis. XII.

I Tèm statuimus, quòd chlamys detur die Beati Michaelis
dictis Familiaribus; cæteræ verò distributiones pro rata
temporis.

De salario dispensatoris, & focarij. XIII.

I Tèm statuimus, quòd dispensator minor, & coqus re-
neantur servire Collegio per spatium quatuor mensium,
antequam detur illis aliqua portio, nomine salarij; & tunc
tantum pro tempore præterito detur.

Quòd Familiares juramentum præstent Rectori. XIV.

I Nsuper statuimus, quòd omnes Familiares jurent de obe-
diendo Rectori, & de secreto domus conservando, circa
ea, quæ viderint, aut audierint, aut quomodolibet scierint

à Collegialibus fieri ; alioquin sine spe veniæ expellantur à Collegio. Præterea præterea juramentum , quòd res domus custodient fidelitèr , & si ab aliquo Confamiliari aliqua sci-
verint donari , aut consumi , teneantur insinuare Rectori.

De Familiarium profectu. XV.

PRæterea statuimus, quòd prædicti Familiares sint dili-
gentes circa profectum lectionum , & studij ; alioquin
puniantur à Rectorè : & si viderit magnam eorum fo-
re negligentiã , possit eos à Collegio expellere.

De licentia annua Familiarum. XVI.

ITèm statuimus, quòd Familiares possint habere quolibet
anno duos menses absentia , si Rectori visum fuerit, sibi
fore necessarium, vel vtile; & si vltra prædictos duos menses
voluerint abesse, possint cum venia Rectoris, & Consiliario-
rum, vrgente justissima causa, alium habere mensem.

De Stationario. XVII.

ITèm statuimus, quòd Stationarius teneatur quolibet die
lectivo stare in bibliotheca per spatium duarum hora-
rum, vna immediatè ante prandium , alia post secundam
horam post meridiem; alioquin portione illius diei privetur.

In absentia Rectoris, à quo petatur venia absentandi. XVIII.

Decl. Conf. 36.

ITèm statuimus, quòd quandò aliquis Collegialis voluerit
se absentare extra Oppidum Vallis-Oletanum, & Rector
fuerit absens; ita quòd non possit petere veniam ab eo, pos-
sit eam petere ab antiquiori Consiliario, & si ille abfuerit, à
sequenti in gradu, & sic de vltioribus. Et si omnes Con-
siliarios abesse contigerit, prædictam veniam concedat anti-
quior Collegialis, & illo absente vltior, & sic de simili-
bus.

Quo-

Quomodo amittat Collegium absens. XIX.

ITèm statuimus, quòd si alicui Collegiali detur venia certi temporis, dùm tamen non sit totum tempus quatuor mensium, & vltima die non venerit, Collegium amittit. Si tamen venerit sequenti die ante januam clausam, non amittat Collegium.

Decl. Const. 36.

De Collegiali se absentante. XX.

ITèm statuimus, quòd si aliquis Collegialis in totum discedat à Collegio, teneatur reddere integram rationem suæ administrationis, si quam gessit, cum sufficienti pignote, vel fideiussore.

De reponenda re Collegij in camera Rectoris. XXI.

ITèm statuimus, quòd quodcumquè Collegialis aliquod pallium, vel vasculum domus, vel quid simile secum tulerit, postquam domum redierit, infra vnum diem naturale teneatur deponere in camera Rectoris, quod si secus fecerit, tandiù portione mensæ careat, donèc cum effectu hoc adimpleat.

Quòd exterus non ingrediatur, durante clausura. XXII.

Insupèr statuimus, & ordinamus, quòd nullus, etiamsi sit Collegialis, vel Familiaris, vel portionarius, possit aliquo modo exterum intromittere in domum ab ea hora, qua pulsatum fuerit ad prandium, vsque ad secundam horam post meridiem, nisi Rector dispensaverit; quòd si Familiaris eum intromisserit, acriter à Rectore puniatur; itidèm fiat de janitore, si ejus iucuria fuerit ingressus.

De portione Familiarium. XXIII.

ITèm statuimus, quòd Familiaris focarius, & dispensator habent integras portiones; inter reliquos verò Familiares vna minuatur, hoc pacto, quod si sunt sex Familiares, habeant quinque portiones; si sunt quinque Familiares, habeant quatuor portiones: si verò fuerint quatuor Familiares, vel pauiores, quilibet habeat integram portionem. In festiuitatibus verò, quibus dantur aves Collegialibus, dentur eis, sed tantum duobus Familiaribus, sicut vni Collegiali.

De

ITEM statuimus, quòd coquus, & mensarius teneantur quolibet mense reddere rationem Rectori, vel cui ipse commisserit, de eis, quorum curam gerunt.

PRATEREÀ statuimus, quòd in diebus, in quibus indicitur jejunium ab Ecclesia, non fiat collatio in ætate vsque ad horam quintam, in hyeme vsque ad horam octavam.

ITEM statuimus, quòd Familiares, qui ad itinera pro Collegio facienda sunt deputati, pares dies in itinere consumere teneantur; ita quòd, qui paucioribus diebus pro Collegio absens fuerit, primum iter agere teneatur, etiamsi pluriès iter fecerit, quòusque alios in dicta absentia superet, vel fiat æqualis. Verùm si plures eorum in absentijs pares reperti fuerint, arbitrio Rectoris, & Consiliariorum, vel majoris partis eorum, quis iter agere teneatur? relinquatur: proviso, quòd Familiaris novitèr receptus, primum iter agere teneatur; quo itinere peracto, par censeatur in absentia omnibus anterioribus, & ne in computatione dictorum error aliquis contingat, Rector eorum absentias scribere teneatur, nisi aliud ei visum fuerit.

INSUPÈR statuiamus, quòd nullus scholaris admittatur ad portionem Collegij precibus, aut cuiuspiam intercessione; quòd si contrarium actum fuerit, illa vice sit inhabilis ad dictam portionem consequendam.

Decl. Const. 15.
& 19.

ITEM statuiamus, quòd quando in electione, quæ fit Rectoris, & Consiliariorum, duo, vel plures Collegiales fuerint

rint æquales in suffragijs, & inter eos sit omnimoda paritas, eo quòd Rector, & Consiliarij omnibus adhæserint, vel nulli eorum, qui sunt in paritate, suffragium præstiterint, tunc antiquior Collegialis suum votum detegat, & cui ille adhæserit, in sortem Rectoris assumatur; & si antiquior Collegialis nulli, vel omnibus, qui sunt in paritate, adhæserit; ita quòd semper pares remaneant; tunc sequens in gradu suum votum apperiat, & sic de cæteris; & idem in alijs electionibus custodiatur.

Quid quando Rector vni, & Consiliarij alij suffragatur?

XXIX.

Decl. Const. 39.

QUONIÀM circa electionem Rectoris, ex Constitutione, quæ circa eam loquitur, orta est inter Collegiales dubitatio, si fortè suffragia eligentium ad duos pariter dirigantur, & vni illorum Rector, alteri verò tres Consiliarij sua vota præstiterint, istorum quis in electione Rectoris vendicandus sit? Statuimus illum in Rectorem assumi debere, cui tres Consiliarij adhæserint, absque speciali declaratione votorum.

Menses licentia quomodo intelliguntur? XXX.

*Decl. Const. 36.
Vide Stat. 44.*

PRÆTEREÀ statuimus, quòd menses concessi per Constitutionem, tam pro absentia necessaria, quam voluntaria Collegialibus computentur hoc modo; quòd primus mensis habeat triginta dies & vnum, secundus triginta, & sic de cæteris.

Quid quando panni emuntur pretio viliori? XXXI.

INSUPÈR statuimus, quòd si panni emuntur pretio viliori, quam Constitutione cavetur, residuum pretij suppleatur Collegialibus; quemadmodum è contrà, Collegiales cogantur restituere Collegio, si contingat fieri emptionem majori pretio.

Quòd graduandus non præstet Doctoribus prandium.

XXXII.

PRÆTEREÀ statuimus, & ordinamus, quòd nullus Collegialis tempore, quo ascendit ad gradum Licentiatij, vel Doctoratus, possit Doctoribus, Magistris, vel Licentiatis

N

Uni-

Universitatis, prandium præstare, (proùt antea fieri solebat) quòd si quispiam ausu temerario hoc statutum fuerit transgressus, absque vlla veniæ spe à Collegio expellatur, vt compositiones, quæ inter Collegium, & Universitatem fuerint factæ, & omnia privilegia tenatiùs observentur.

Collegialis debitor cautionem præstet. XXXIII.

STatuimus præterea, quòd omnes Collegiales debitores Collegij ex quacumque ratione, vel causa, teneantur quolibet anno cautionem debitorum ponere in libro rationum domus, vel in alio libro ad hoc deputato, & nominibus proprijs subscribere, & si debitor principalis absuerit, idem faciat fidejussor ejus; cujus executio incumbat Reçtori, & Consiliarijs; & Reçtor, & Consiliarij nomina propria subscribant, tanquam testes, quod quidè facere teneantur infra duodecim dies, à die Beati Michaelis, quo tempore debent domui debita persolvi; quòd si hoc non fecerint, sequenti anno debita, quæ sic (vt præmittitur) scripta, & subscripta non fuerint, in rationibus reddendis minimè recipiantur. Quòd si Collegialis hoc facere renuerit, amodò ei alimenta denegentur; ità quòd, nec expensis domus, nec proprijs vitæ necessaria percipiat, donèc prædictam cautionem fecerit, & subscripserit: & insupèr Reçtor, Consiliarij, & Collegiales faciant executionem in bonis suis pro debito.

De graduato præferendo antiquiori non graduato.

XXXIV.

Insupèr statuimus, quòd quando contigerit, quòd Collegialis junior in ingressu fuerit præditus majori gradu, præferatur Consiliario, vel antiquiori Collegiali in seisione, suffragio, & subscriptione. Itaque Constitutio Lxxxj. *De graduato præferendo non graduato*, verificetur in ijs tribus; in reliquis verò antiquior in ingressu præferatur: insupèr & in egressu à domo; itaque sint quatuor casus, in quibus graduatius junior præferatur antiquiori.

*Decl. Const. 81.
Vide Stat. Quòd
omnia deferantur
antiquit.
§1.*

De electione Visitatoris. XXXV.

Praterea statuimus, quòd visitator depurandus Collegio ab Ecclesia Majori, non possit eligi vno anno post alium; quia ex hoc multa incommoda oriebantur Collegio, & hoc ipsum constituit Capitulum dictæ Ecclesiæ.

Decl. Const. 82.

De insignito sacris Ordinibus in Familiarem non eligendo.

XXXVI.

Insupèr statuimus, quòd nullus sacro Ordine insignitus, possit admitti ad Familiarium Præbendam, quia indecorum est, quòd mancipatus divino obsequio, compellatur officijs domus deservire, & si jam Familiaris constitutus, sacrum Ordinem consecutus est, postquam provisio illius anni sit finita, denuò non possit ad dictum officium Familiaris admitti.

Decl. Const. 67.

De oppositionibus ad Cathedram. XXXVII.

Item statuimus, quòd nullus Collegialium præsentium, vel futurorum, ausus sit se opponere ad Cathedram, vel substitutionem, in hac Universitate vacantem, ante, vel post electionem Cappellæ si plures contenderint, nisi is, quem Capella elegerit, contrarium verò faciens, ipso facto à Collegio privatus existat, absque vlla spe veniæ.

Decl. Const. 51.

Vide Stat. 50.

et 51.

Locus originis quomodo intelligitur? XXXVIII.

Insupèr statuimus, quòd septima Constitutio disponens, quòd ex vna civitate, & loco, vnus, ex vna Diocesi duotantum, excepta Diocesi Toletana, ex qua tres Collegiales possunt admitti simul, attento, quòd locus, in quo aliquis ortus fuerit, à loco originis alterius quatuor leucis saltèm distet: statuimus autèm, quòd dicta Constitutio intelligatur, & practicetur, quòd locus originis intelligatur dummodò non sit per transitum natus alibi, quàm vbi pater habet domicilium.

Decl. Const. 7.

Quòd Rector non faciat Capellam extraordinariam.

XXXIX.

Insupèr statuimus, quòd Rector, ultra ordinarias Capellas, nullam possit facere Capellam, nisi de consensu Con-

Decl. Const. 71.

filiariorum, vel majoris partis eorum; & si contrarium fecerit, Capellæ actus sit nullus.

Quomodo terminus Præbendarum claudatur? XL.

*Decl. Const. 12.
Vide Stat. 47.*

PRætereà statuimus, & ordinamus, quòd terminus Præbendarum vacantium, nec claudi, nec finiri possit, nisi priùs Oppositorum informationes, seu inquisitiones in Capella legantur, & de habilitate Oppositorum discutiatur; talitèr, quòd declarentur, qui sunt habiles? quo cognito, Collegiales possint sua vota præstare pro conclusione; & si alitèr fieri contingat, id pro nullo habeatur, & Præbenda habeatur prorogata per alios viginti dies: & hoc observari volumus, quotiès hujus statuti tenor fuerit prætermisus.

Quòd Familiares ad sex annos tantum possint eligi. XLI.

*Decl. Const. 67.
& Stat. 11.*

Rursùs statuimus, quòd Familiares non possint eligi nisi per sex annos, nisi omnibus Collegialibus aliud visum fuerit. Si enim post sex annos impletos, omnes Collegiales, nemine discrepante, conveniant, visa Familiaris virtute, decernimus pro eo schedulas dari.

Semèl Rector infra biennium iterum eligi non possit, quomodo intelligitur? XLII.

Decl. Const. 24.

PRætereà statuimus, & ordinamus, quòd Constitutio xxjv. quæ disponit, quòd Rector electus, finito officio, non possit iterum eligi, nisi duobus annis elapsis, intelligatur etiam; quòd eodem modo non possit eligi in Vice-Rectorem, nisi dictis duobus annis elapsis; sed si fuerit secundo anno Consiliarius antiquior, possit per quindecim dies esse Vice-Rector, secundum Constitutionis tenorem.

Quomodo acquiruntur chlamys, & insignia? XLIII.

Decl. Const. 20.

ITEM statuimus, quòd Collegialis, qui in die Beati Michaelis abfuerit electioni Rectoris, & Consiliariorum, antequàm Rector nominetur, careat veste, & focali; si verò ante Rectoris nominationem venerit, & post nominationem quatuor electorum, veste, & focali non careat; suffragium tamen præstare non possit, nisi venerit ante illorum quatuor nominationem.

Dies

ITEM, quia Constitutio xxxvj. quæ de tempore absentia loquitur, disponit, quod elapso tempore concesso absentia voluntariè, vel necessariè, si non redierit Collegialis, à Collegio privatus existat; & quoniam in dicta Constitutione non declaratur, qualiter dies dictæ absentia connumerentur: ideò dictam Constitutionem declarando, ordinamus, quod quælibet nox cum die sequenti pro vno die computetur; & ideò si elapsis sexaginta noctibus absentia voluntaria, vel centum & viginti noctibus absentia necessaria, in die sequenti, antequàm ostium Collegij claudatur, venerit Collegialis, in termino venisse intelligitur: vndè à Collegio non erit privatus; & hæc computatio, vt quælibet nox cum die sequenti pro vno die habeatur, volumus, quod fiat in qualibet absentia Collegij, sive sit pro negotijs domus, sive alio quovis modo.

*Decl. Const. 36.
Vide Stat. seq.*

Quid, si intra terminum sibi concessum non redierit Collegialis?

XLV.

INSUPER, quia dicta Constitutio xxxvj. tantum loquitur, quando Collegialis petijt absentiam voluntariam, vel necessariam integram; quia tunc si non redierit in termino, amittit Collegium, & est ratio; quia nec potuit petere, nec sibi potuit concedi major terminus. Sed vbi Collegiali petenti, vel pro negotijs domus misso, minor terminus fuit concessus, quàm ipse potuisset petere; nec in dicto termino redierit: quia dicta Constitutio non declarat, & posset dubitari; si sine iusta causa non venerit, an statim privetur Collegio. Ideò statuimus, & ordinamus, quod elapso dicto termino, possit vti tribus noctibus, quæ Collegialibus conceduntur per Constitutionem xxxvj. & sic remedium illius quadragesimæ quartæ Constitutionis non auferatur; imopotiùs eo vtatur.

Decl. Const. 36.

A graduato Collegiali quid graduando remittendum sit?

XLVI.

PRÆTEREÀ statuimus, & ordinamus, quod quando aliquis Collegialis gradum licentiæ, Doctoratus, vel Magisterij susceperit, Doctores, & Magistri actu Collegiales existentes

O

tes

res teneantur tali Licentiando, Doctō rando, vel Magiftrando, remittere aureum, qui vulgaritèr *Cafellanus* dicitur, quem vt Doctōri, vel Magiftro, talis gradus ſolvere tenebatur; alia verò jura, quæcumque illa ſint, ſivè in prædictis gradibus licentiæ, Doctōratus, vel Magiftrij, ſivè in alijs quibuscumque, perſolvantur.

De termino proviſionis Præbendarum vacantium, ac prorogationis ejus. XLVII.

Decl. Conf. 12.

PRætèrè à ſtatuis, & ordinamus, ne diù Præbendarum proviſio contra Conſtitutionis mentem differatur, quòd quam primùm Præbenda aliqua vacare contigerit, protinùs denuntietur publicè in ſcholis hujus Univerſitatis, ac Salamanticenſis, cum aſſignatione termini viginti dierum, in Conſtitutione contentorum; quibus elapſis, ſi viſum fuerit, ſecundò Præbendam per nova edicta in dictis Univerſitatibus vacare denuntietur cum aſſignatione termini trium menſium, & in edictis expreſſè caveatur, quòd volentes, & debentes ſe opponere, intra prædictum terminum hoc faciant; quo quidè termino elapſo, Præbendæ proviſio ad Oppoſitorum informationes tantùm faciendas, & in Capella legendas per alios tres menſes prorogetur, in quibus vltimis tribus menſibus nequaquàm cujuſquam Oppoſitoris admittatur oppoſitio; præterquàm ſi viſum fuerit omnibus Collegialibus, vel ſaltim duabus eorum partibus, ternario numero dividendis: quibus elapſis, infra decem dies ſequentes, omni præter contradictionem, fiat electio juxta Conſtitutionis tenorem.

Declaratio Conſtitutionis quartæ. XLVIII.

ITèm quia ex Conſtitutione quarta, quæ diſponit, quòd electus, antequàm admittatur, juramentum præſtet ſe non habere in redditibus ex beneficio, vel patrimonio, vel ſimul ex utroque ſummam vigintiquinque florenorum; & ſi tempore, quo in dicto Collegio futurus eſt, ultra dictam ſummam ſibi accèſſio fiat, Reçtori, & Collegialibus manifeſtabit; & quòd ſi ultra dictam ſummam repertus fuerit habere,

ip-

ipso jure ad restitutionem teneatur Collegio faciendam; aliqua oriabantur dubia. Declaramus primò, quòd Collegialis non teneatur exire à Collegio, propter quoscumque redditus sibi obvenientes. Secundò, quòd tenetur ad restitutionem faciendam Collegio eorum, quæ occasione ipsius Collegium expendit, aliàs non consumpturum. Tertiò, quòd moderatio sumptuum relinquatur dispositioni Rectoris, & Collegialium: quam moderationem teneantur facere infra mensem à creatione Rectoris; executio verò fiat post festum Sancti Michaelis, (vt aliorum debitorum mos est) & vt negotio, vel aliquorum indignationi non relinquatur locus, fiat dicta numeratio in Capella, excluso eo, quem negotium tangit, (vt moris est) & sub pœna præstiti juramenti astringantur Collegiales, quòd nullius suffragium revelabitur. Declaramus etiàm, quòd pro rata temporis, de prædicta moderatione sumptuum deducantur dies, quibus illo anno Collegialis fuerit absens, sive pro negotijs proprijs, sive domus. Itèm, si dictus Collegialis malit reddere suos redditus, quos habet ultra viginti quinque florenos, quàm pati dictam moderationem, quòd possit hoc facere; & hoc anno à Nativitate Domini millesimo quingentesimo quadagesimo secundo fuerunt taxati prædicti sumptus, pro anno præterito, novem mille nummis, seu marapetinis.

Declaratio Constitutionis decima octava. XLIX.

ITEM quia ex Constitutione xvij. quæ vult, quòd si contigerit Collegialem ultimo anno sui exitus à Collegio in Rectorem, seu Consiliarium eligi, permaneat vsque ad finem anni; quo finito, & ratione officij reddita, à Collegio absolutus existat, dubium fuit, quæ ratio, & intra quod tempus dicatur reddita: declaramus inventarij, & extraordinarij, omniumque expensarum rationem fore reddendam; quam intra viginti dies à creatione Rectoris expedire oportet, vt in Constitutione vigesima septima continetur, & tunc Collegialem esse à Collegio absolutum.

Ex-

Vide Stat. de
antiquitate ju-
ratum § 1.

ITEM statuimus, & ordinamus, quòd quotiescumque Ca-
nonicatus, Dignitas, seu quodlibet aliud beneficium va-
care contigerit, quæ Doctoribus, Magistris, seu Licentiatis,
per viam oppositionis, solent provideri; electio Oppositoris
fiat juxta formam traditam per Constitutionem LI. & Statu-
tum xxxvij. in oppositionibus Cathedralium: hoc excepto,
quòd si plures contenderint super oppositionem, in præsen-
tia Collegialium legere non teneantur, eo quòd nota solet
esse apud alios vniuscujusque Collegialis sufficientia. Illud
etiàm addendum censuimus, quicti, & libertati Collegialium
consulentes; vt nullus Collegialis alium Collegialem preci-
bus, subornationibus, vel alio quouis modo sollicitare valeat,
vt sibi, vel alij votum, seu suffragium præstet. Contrarium
verò faciens, pœnam illam incurrat, quæ violatoribus XV.
Constitutionis posita est in clausula, *Ceterùm*. Permittimus
tamèn, quòd super oppositionem contendentes, in præsentia
Collegialium in Capella existentium possint, si velint, ea, quæ
justitiam suam circa oppositionem instruunt, breviter enar-
rare; alio, sive alijs contententibus exclusis, quibus similiter
extra Capellam ejectis, fiat electio Oppositoris juxta formam
in Constitutione traditam; ita tamèn quòd nullus Collegialis
ea, quæ circa electionem Oppositoris acta fuerint in Capel-
la, vel numerum votorum alicui ex contententibus, vel alij
cuicumque manifestare quouis modo præsumat, & ad hoc
tanquàm secretum Capellæ observandum Collegiales astringi
volumus, etiàm si per Rectorem inditum non sit. Factum
fuit hoc Statutum anno à Nativitate Domini millesimo quin-
gentesimo quadragesimo quinto, decima quarta die mensis
Januarij, vt ex actis Cappellæ apparet.

Quòd

ITèm statuímus, & ordinámus, quòd licèt ex Constitutióne quinquagesíma primá, & ex declaratióne ejus, tradiditá in Statuto præcedenti, in optiõne oppositiõnum Cathedræ, Canonicatus, sivè alterius Dignitatis, aut officij vacantis, ille ad ejus optiõnem admittatur, cui major Collegialium pars fuerit suffragata; & ex Constitutióne octogésima primá, in sessiõne, suffragio, vel subscriptiõne, ille præferatur, qui graduatus est, habito respectu inter graduatos, ad eum, qui in gradu antiquior est, si ejusdem qualitatis gradus sit, vel si inæqualis fuerit, ad eum, qui majorem gradum habuerit; & ex Constitutióne trigésima secunda in optiõne cameræ vacantis, ille Collegialis melioris sit conditionis, qui antiquior in gradu fuerit, quando æquales in antiquitate Collegij fuerint: attamen innumeris incommodis obviam euntibus decretum fuit, ut exindè ille Collegialis, qui antiquior in Collegio fuerit, & si non graduatus, cæteris, etsi graduatis, in quacumque optiõne Cathedræ, Canonicatus, cameræ, seu cujuslibet officij vacantis, & in sessiõne, suffragio, vel subscriptiõne etiàm præferatur. Ita ut in posterum per hoc nostrum Statutum, jam non gradus, sed antiquitas Collegij attendatur.

De redditibus, seu patrimonio Collegialium LII.

INsupèr conscientiæ nostrorum Collegialium consulescentes: (quam quidè causam præ mentibus habere mentis est nostræ) statuimus, & decernimus, quòd etsi ex Constitutióne tertiá caveatur, quòd Collegialium patrimonium, seu beneficium non excedat summam viginti quinque florenorum auri de Aragonia, monetæ currentis: attamen eis exindè permittatur, ut possint annuatim in redditibus habere, vsque ad summam quinquaginta scutorum auri in auro; nam, præterquamquòd Collegialium (tempore labente) necessariæ expensæ id exposcant, & desiderent, Romani etiàm Pontificis auctoritas id ipsum nobis indulget.

Decl. Conf. 3.

P

Quòd

*Quòd tempus consistendi in Collegio ad novem annos, & duos
menses extendatur. LIII.*

Decl. Const. 17.

Decernimus insuper, & statuimus, quòd licet in Constitutione decima septima caveatur, quòd tempus Collegij præfixum Collegialibus non excedat spatium octo annorum, absentia tamen tempore, Collegij causa facta, non computato; attamen quia ex eo multa inæqualitas, & deformitas posset oriri, scilicet, quòd Collegialis prior in ingressu posterior esset in diceſſu, & è converso, & alia incommoda, quæ discretioni, & prudentia Collegialium facillimè patebunt: idèò statuimus, & ordinamus, quòd in posterum tempus Collegij continuum sit; ita ut ad novem annos, & duos menses extendatur; quibus elapsis, fas jam non sit in nostro Collegio, nec ejus absentia causa, commorari. Quod in posterum, & futuris Collegialibus sic observari, cum municipali lege nostra, à supremo Consilio confirmata, tum etiàm Pontificali sanctione Urbani VIII. (commutata in hac parte Domini nostri Cardinalis Constitutione) decretum manet.

*Quòd qui adimpleverit octo annos Collegij in Rectorem non
possit eligi. LIV.*

*Decl. Const. 18.
& Stat. 49.*

Hinc inde statuimus, quòd quamvis Constitutione decima octava, & Statuto quadragesimo nono caveatur, quòd qui ultimo sui exitus anno in Rectorem, vel Consiliarium electus fuerit, non expellatur à Collegio, etiàm ipſius finito tempore, eo quòd prædicta exercet officia; quin potiùs in Collegio immorari ei liceat, vsquequò finiatur Rectoris, vel Consiliarij munus: attamen ob plurima incommoda hoc immutatum fuit, & in posterum sancitum, ut nullus venturus Collegialis, qui jam adimpleverit octo annos Collegij (ipsis transactis) possit in Rectorem, vel Consiliarium eligi. Quod & privata nostra sanctione, & Pontificis Urbani VIII. auctoritate sancitum habemus. Sic igitur futuri Collegiales hoc nostrum Statutum observabunt.

Jura-

Uod iuris Dicitur & Quomodo sit conseruata
tam & facienda Dei Evangelia quod omni gra-
tis, odio vel favore, & amore, & timore, &
dantur, quos iustitiam, & virtutes, & scientias, & doct-
nationi Collegij cognouit. Resp. sic iustitiam, &



bonam, & commoda, & iustitiam, & virtutes, & scientias, & doct-
rinas, & facienda Dei Evangelia, quod omni gra-
tis, odio vel favore, & amore, & timore, &

bonam, & commoda, & iustitiam, & virtutes, & scientias, & doct-
rinas, & facienda Dei Evangelia, quod omni gra-
tis, odio vel favore, & amore, & timore, &

bonam, & commoda, & iustitiam, & virtutes, & scientias, & doct-
rinas, & facienda Dei Evangelia, quod omni gra-
tis, odio vel favore, & amore, & timore, &

bonam, & commoda, & iustitiam, & virtutes, & scientias, & doct-
rinas, & facienda Dei Evangelia, quod omni gra-
tis, odio vel favore, & amore, & timore, &

bonam, & commoda, & iustitiam, & virtutes, & scientias, & doct-
rinas, & facienda Dei Evangelia, quod omni gra-
tis, odio vel favore, & amore, & timore, &

bonam, & commoda, & iustitiam, & virtutes, & scientias, & doct-
rinas, & facienda Dei Evangelia, quod omni gra-
tis, odio vel favore, & amore, & timore, &

bonam, & commoda, & iustitiam, & virtutes, & scientias, & doct-
rinas, & facienda Dei Evangelia, quod omni gra-
tis, odio vel favore, & amore, & timore, &

bonam, & commoda, & iustitiam, & virtutes, & scientias, & doct-
rinas, & facienda Dei Evangelia, quod omni gra-
tis, odio vel favore, & amore, & timore, &

bonam, & commoda, & iustitiam, & virtutes, & scientias, & doct-
rinas, & facienda Dei Evangelia, quod omni gra-
tis, odio vel favore, & amore, & timore, &

bonam, & commoda, & iustitiam, & virtutes, & scientias, & doct-
rinas, & facienda Dei Evangelia, quod omni gra-
tis, odio vel favore, & amore, & timore, &

bonam, & commoda, & iustitiam, & virtutes, & scientias, & doct-
rinas, & facienda Dei Evangelia, quod omni gra-
tis, odio vel favore, & amore, & timore, &

bonam, & commoda, & iustitiam, & virtutes, & scientias, & doct-
rinas, & facienda Dei Evangelia, quod omni gra-
tis, odio vel favore, & amore, & timore, &

Juramentum in electione Rectoris.

Quod juratis Deum, & Crucem per vos corporaliter tactam, & sacrosancta Dei Evangelia, quod omni gratia, odio, vel favore, & amore postpositis, eligetis quatuor, quos sufficientiores, & vtiliores regimini, & gubernationi Collegij cognoveritis. Resp. sic juramus.

Juramentum Rectoris, & Consiliariorum.

J Quod juratis Deum, & Crucem per vos corporaliter tactam, & sacrosancta Dei Evangelia, quod omnia jura, bona, & commoda ad Collegium pertinentia juxta has Constitutiones, servabitis, custodietis, & cum maxima diligentia gubernabitis. Resp. sic juramus.

Item, vos domine Rector, quod adhibebitis diligentiam, ut serventur statuta, tam publica, quam secreta, & quod a Collegio minimè recedatis, nisi ratione omnium bonorum acceptorum, & expensarum, priùs reddita, vel sufficienti præstita cautione. Resp. sic juro.

Juramentum in electione Collegialis.

J Quod juratis Deum, & Crucem per vos corporaliter tactam, & sacrosancta Dei Evangelica, vos neminem, nisi bonis moribus, & virtutibus præditum, doctrinæque aptum, nullo alio habito respectu, vel affectu, admissuros. Resp. sic juramus.

Juramentum Rectori novo præstandum.

J Quod juratis Deum, & Crucem per vos corporaliter tactam, & sacrosancta Dei Evangelia, quod mihi vestro Rectori, in omnibus licitis, & honestis parebitis. R. sic juramus.

Si sic feceritis Deus vos adjuvet, sin autem, ipse vos condemnet.

Juramentum electi in Collegialem.

J Quod juratis Deum, & Crucem per vos corporaliter tactam, & sacrosancta Dei Evangelia, quod non habetis in redditibus, ex beneficio, vel patrimonio, vel simul ex utroque ultra summam quinquaginta ducatorum auri in auro, & si tempore, quo in isto Collegio steteritis, ultra dictam summam vobis accessio fiat, Rectori, & Consiliarijs, & om-

SALUTATIONES , ET ANTIPHONÆ

B. MARIÆ V.

QUÆ POST SOLIS OCCASUM SINGULIS ANNI
diebus in Sacello Collegij cum cantu
dicuntur.

Ab Adventu Domini vsquè ad ejus Nativitatem.

O Virgo Virginum, quomodo fiet istud? quia nec primam similem visa es, nec habere sequentem. Filix Jerusalem, quid me admiramini? Divinum est mysterium hoc, quod cernitis. *ψ.* Rorate cæli desuper, & nubes pluunt justum. *℞.* Aperiat terra, & germinet Salvatorem.

ORATIO.

Deus, qui de Beatæ Mariæ Virginis utero, Verbum tuum, Angelo nuntiante, carnem suscipere voluisti: præsta supplicibus tuis; ut qui verè eam genitricem Dei credimus, ejus apud te intercessionibus adjuvemur.

ORATIO.

Deus, qui in præclara salutiferæ Crucis inventione, passionis miracula suscitasti: concede, ut vitalis ligni pretio æternæ vitæ suffragia consequamur.

ORATIO.

ET famulos tuos Papam, Regem, Reginam, & Principem nostrum cum prole regia, & nos famulos tuos ab omni adversitate custodi: pacem, & salutem nostris concede temporibus, & ab Ecclesia tua cunctam repelle nequitiam. Qui vivis, & regnas in sæcula sæculorum.

A Nativitate Domini vsquè ad Purificationem.

Nesciens Mater Virgo virum, peperit sine dolore Salvatorem sæculorum, ipsum Regem Angelorum, sola Virgo lactabat ubere de Cælo pleno. *ψ.* Post partum Virgo inviolata permansisti. *℞.* Dei genitrix intercede pro nobis.

Ora-

SALUTATIONE ORATIO.

Deus, qui salutis aeternae, Beatæ Mariæ virginitate fecunda humano generi præmia præstitisti : tribue quæsumus ; vt ipsam pro nobis intercedere sentiamus, per quam meruimus auctorem vitæ suscipere , Dominum nostrum Jesum-Christum Filium tuum. *Oratio.* Deus, qui in præclara , &c. *Oratio.* Et famulos tuos, &c.

A die Purificationis vsquè ad Sabbatum Sanctum.

Salve Regina Mater misericordiæ, vita , dulcedo , & spes nostra, salve. Ad te clamamus exules, filij Hevæ. Ad te suspiramus gementes & flentes in hac lacrymarum valle. Eja ergo advocata nostra, illos tuos misericordes oculos ad nos converte. Et Jesum benedictum fructum ventris tui, nobis post hoc exilium ostende. O clemens, ò pia , ò dulcis Virgo Maria. *ÿ.* Ora pro nobis Sancta Dei genitrix. *Re.* Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

ORATIO.

Omnipotens sempiternæ Deus , qui gloriosæ Virginis Matris Mariæ corpus & animam, vt dignum Filij tui habitaculum effici mereretur, Spiritu Sancto cooperante præparasti : da , vt cujus commemoratione lætamur, ejus pia intercessione ab instantibus malis , & à morte perpetua liberemur. *Oratio.* Deus, qui in præclara, &c. Et famulos, &c.

A Sabbato Sancto vsquè ad Dominicam SS. Trinitatis.

Regina Cœli lætare, Alleluia, quia quem meruisti portare, Alleluia, resurrexit sicut dixit, Alleluia , ora pro nobis rogamus , Alleluia. *ÿ.* In Resurrectione tua Christe, Alleluia. *Re.* Cœli, & terra lætentur, Alleluia. *Oratio.* Interveniât pro nobis, quæsumus Domine Jesu-Christe, apud tuam clementiam nunc & in hora mortis nostræ pijsima Virgo Maria Mater tua, cujus animam sacratissimam in hora Passionis tuæ doloris gladius pertransiit , & Beati Joannis Evangelistæ nos, quæsumus, commendet *Oratio,* cui in Cruce moriens, Matrem tuam Virginem, Virgini commendasti. Deus, qui, &c. *vt supra.*

In vigilia Ascensionis tantum.

Regina Cœli lætare, Alleluia, quia quem meruisti portare, Alleluia, jam ascendit sicut dixit, Alleluia, ora pro nobis rogamus, Alleluia. *ÿ.* In Ascensione tua, Alleluia. *z.* Cœli & terra lætentur, Alleluia. *Oratio, &c. vt supra.*

In vigilia Pentecostes tantum.

Regina Cœli lætare, Alleluia, quia quem meruisti portare, Alleluia, jam enim misit quod promissit, Alleluia, ora pro nobis rogamus, Alleluia. *ÿ.* Spiritus Domini replevit orbem terrarum, Alleluia. *z.* Et hoc, quod continet omnia, scientiam habet vocis, Alleluia. *Oratio, &c. vt supra.*

A Trinitate usque ad Adventum.

Salve Regina Mater, &c. cum *ÿ.* & *Orat. vt in die Purificationis.*

Benedictio mensis.

ÿ. Benedicite. *z.* Benedicatur.

Oculi omnium in te sperant Domine, & tu das illis escam in tempore opportuno; aperis manus tuam, & imple omne animal benedictione. Pater noster, &c. Postea legitur Biblia in prandio; in cœna vero leguntur Constitutiones, aut libri præscripti in Constitutione 37.

Edictum Præbendarum vacantium.

Noverint vniversi præsentēs literas inspecturi, quòd in Collegio Majori Sanctæ Crucis magni quondam Cardinalis Hispaniæ Civitatis Vallis-Oletanæ vacat in præsentī quædam Præbenda N. à die N. mensis N. Volentes igitur ad illam se opponere, infra viginti dies, à vacationis tempore numerandos, ejusdem Collegij Rectori oppositionem suam denuntient. Dummodò gratia, vel precibus, aut cuiuspiam intercessione, vel favore tam Collegialium, quàm aliorum exterorum, cuiuscumque status aut condi-

R

tio-

tionis sint, aditum in Collegium habere minimè contendant; sed habita tantùm ratione ad propria merita, & ad Deum, qui non est acceptor personarum. Alitèr ergo facientes, hac vice (secundùm Collegij Constitutiones) sint inhabiles ad illud consequendum. Dumque originem trahant ex Regnis Castellæ, & Legionis; non verò ex Dioecibus NN. quoniam earum numerus est completus. Datum in eodem Collegio infra conclave nostrum Rectorale. Anno Domini millesimo septingentesimo N. die N. mensis N.

In Edicto affixendo januis Collegij addatur pro nomen, hoc, & deleatur nomen Civitatis Vallis-Oletanæ. Quod etiam delebitur in alio affixendo ostio hujus Universitatis.

Edictum ad Præbendam Familiaris.

Noverint vniversi præsentès literas inspecturi, quòd in hoc Majori Sanctæ Crucis Collegio magni quondam Cardinalis Hispaniæ vacat in præsentì Præbenda quadam Familiaris à die N. hujus mensis. Volentes ergo ad illam se opponere, intra tertium diem ejusdem Collegij Rectori oppositionem denuntient: dummodo gratia, precibus, intercessione, vel favore tam Collegialium, quàm aliorum exterorum Præbendam adipisci non præsumant; sed habito dumtaxat respectu ad Deum, qui non est acceptor personarum. Contrarium vero facientes, inhabiles hac vice tantùm habeantur. Datum, &c.